



Ad Henricum octavum Angliae et Franciae regem Carmen elegiacon ;

<https://hdl.handle.net/1874/420919>

3

**AD HEN^RICVM OCTA^V
VVM ANGLIAE ET
FRANCIAE RE
GEM.**

Carmen Elegiacum.

ITEM

Gratulatoria adhortatio.

IOANNE STIGELIO Autore.

**AD GVLIELMVM
DVCEM IVLIAE, GEL^{diæzc.}**
Virtutis epistola.

**AD ANNAM DV^A
CEM IVLIACENSEM RE^{ginam}**
*Angliæ, Liber Epis
grammaton.*

Eodem STIGELIO autore.

**H.
D.
XL.**

WADDELL

INTO PROBLEMS

BY J. M. COOPER

ILLUSTRATED

1872

NEW YORK: DODD, MEAD & CO.

1872

PRINTED IN U.S.A.

BY THE AMERICAN PRESS COMPANY,

MURKIN'S LIBRARY

EDWARD MURKIN, JR., MURKIN

PRINTED IN U.S.A.

ANOTHER LIBRARY

EDWARD MURKIN, JR., MURKIN

PRINTED IN U.S.A.

ANOTHER LIBRARY

EDWARD MURKIN, JR., MURKIN

1

AD SERE

NISSIMVM AC POS

TENTISS. PRINCIPEM AC DOS
minum, Dominum HENRICVM OCTA
VVM Angliae & Francie Regem, Dominum Hy
berniæ, defensorem fidei, & supremum post

CHRISTVM in terris caput

Ecclesiæ Anglicanæ, Carmen

Elegiacū, autore Ioan

ne Stigelio.

*

I Te leues Elegi mansueti Regis ad aures,
Regia quo maius uix tulit ulla decus,
Quo duce, quæ medio diues iacet Anglia ponte
Temporibus confert aurea sæcla suis.
Longa licet non sit uia, uos tamen impare gressu
Ferre scio claudos uix bene posse pedes.
Quid tamen hoc refert? habitu Vulcanus eodem
Sæpe choruscantem crus trahit ante Iouem.
Sæpe Venus fertur claudum risisse maritum,
Iuppiter at timido, tu quoq; dixit, ades.
Ite, nec audaci rigidus concepta Poëtæ
Impedit uestro nota timore pudor.

6 2

A 12

AD REGEM ANGLIAE

Vestmuni Arx sita contiguas pulcherrima spectat in undam
ster. Londinum Atticas hic uincit opes.

Atria quid memorem Parijs suffulta columnis

Tegminaq; artifici uermiculata manus

Fornicibusq; cauis fidentes æthera turres,

Auræq; incuruis fulta theatra tholis,

Quid ueterum pictis signata palatia fastis

Dulce quid hortorum, conspicuumq; decusq;

Heroumq; altis spirantia membra tapetis

Oraq; quæ uultus posse mouere putes,

Quidquid habet laudis celebrati fama Myronis,

Quidquid Phidiacæ promeruere manus,

Quæcunq; insignis monumenta absoluit Apelles

Artifici uideas hic superata manu.

Corporis atq; animi præclarus dotibus illic

Rex uirtute suas maximus ornat opes.

Illic aut solio residens sublimis in alto,

Conscriptit populo mitia iura suo,

Aut legit immensi tractanda negotia regni

Et placida patrias pace gubernat opes.

Quidquid ager, forsan cum uos adstare uidebit,

Ad uos propicias proferet ille manus.

Ænosgo= Cur tamen hoc dubitem de te mitissime Princeps?

¶ Doctrina est, quæ te non sinit esse rudem.

Namq; ut es ingenio longè cultissimus unus,

Sic quoq; te constat mitius esse nihil.

Thudabis

CARMEN ELEG.

Tu dabis audaci ueniam, nisi tempora seruem,
Ni ueniam ad uultus quo decet ore tuos.
Dum moror indocto te Rex cultissime uersu,
Non parui poteram criminis esse reus.
Hoc tamen ut facerem, uirtus tua summa coegerit,
Verbis inuidiam detrahit illa meis.
Ma tui absentem me coepit amore fidelis
De facie nondum cum mihi notus erat.
Excitat hos stimulus Heroibus insita uirtus,
Hic quoque sunt arcus, hic quoque regnat amor.
Pene fide maius, quos nunquam uidimus, illos
Nos aliqua uirtus cogit amare fide.
Sic amat Aenean, sic fidum laudat Achates
Qui legit Andini nobile uatis opus.
Vident Scipiades, Fabiorum fama manebit,
Donec erunt aures que pia facta probent.
Mira quidem res est, facit hunc auditus amorem,
In nunc, atque oculos dic in amore duces.
Ipse quoque Arctoum dum te demiror ad Albim
Quam sepe hoc dixi Christe tuere caput.
Audieram celebrata tua præconia fame
Protinus ad laudes ingeniosus eram.
Sepe mihi dixi Di dent in carmina uires,
Aeneas operis Rex erit iste mei.
Dum tamen exiguae cessat dubitatio Musas
Hactenus officio defuit illa suo.

AD REGEM ANGLIAE

Nunc mihi cum licet mites cognoscere uultus.
Et fluat ingenij gratia quanta tui,
Cum tibi quæ pietas, quæ sit clementia cernam
Miratus linguae uerba benigna tuæ,
Nescio quas recipit subitas audacia uires
Inq; tuas laudes carmine totus eo,
Exiguas uires commendat amica uoluntas
In magnis laudem mens cupientis habet.
Nam damno tacite pudibunda silentia linguae
Nam possum laudes non tacuisse tuas.
Nec tamen incipiam hic omnes tibi texere laudes,
Hoc erat ingenij cunctipotentis opus.
Hoc erat illius, de quo ceu fonte perenni
Pierius uatum dicitur iisse chorus.
Hoc erat illius, per quem translata reuixit
Rursus in Ausonio condita Troja solo.
Verum sicut apes teneros depascere rores
Et legere è campis non nisi summa solent,
Sic ego per laudum uestigia summa tuarum
Ingrediens animi nomina nuda canam.
Tam mare uirtutum est ingens nustumq; tuarum,
Multum hic qui tantum cogitat ille facit.
Perturbor numero. quæ prima exordia sumam?
Quis putet? hic in opem copia larga facit.
Si primam coepto memorabo in carmine Diuam
Quæ docet ingenuos fortia facta uiros,

Pratinus

CARMEN ELEG.

Proutus occurret uelut indignata uirago

Nobile cui nomen mens moderata dedit,
Si uoco iustiam, pictas prior esse laborat,

Sed quo poscit nomine quaeque cani.

Prima mihi ante oculos querenti adstare uidetur

Laus à la

Quae ius cuique pari reddere Lincee solet.

sticia.

Iam uideor castas oculorum agnoscere flammæ

Omne quibus mundi iusque nephæque uidet.

Iam gladium parilesque iuuat describere lances

Hic me Meoniden uincere posse uelim.

Hec est illa mali domitrix, custosque bonorum,

Qua nihil immensus pulchrius orbis habet,

Cuius preclaram faciem non sydera cœli

Non equare orbis tot monimenta queunt,

Quam cum uix totam spacioſus cœperit orbis

In terris habitat Rex generose tuis.

Conferat huc aliquis Romanos, conferat Argos,

Augustum certe te tua terra uocat.

Proxima formosæ succedit filia matri,

A pictata

Filia non ipsa matre putanda minor.

Qua duce sydere & patriam cognoscimus aulae,

Quaeque Deo acceptos nos facit esse, fidem.

Quae ueros cultus uerumque ostendit honorem,

Numina quo debent non aliena coli.

Hac duce turbati commotus imagine uerbi

Diceris adflictam uelle iuuare fidem.

AD REGEM ANGLIAS

Quod facis Ausonij fraudes agnosce Baalis

Has procul à populis cedere eoge tuis.

Inuidet ille tibi scelerum sentina sacerdos,

Et tibi se nusquam posse nocere dolet,

Qui postquam nimio studio compulsus habendis

Arbitrio obscurat dogmata clara suo,

Hec quantos puris immisit fontibus apos,

Quam Christi est turpes uincia passa sues.

Qualibus heu miseris animas erroribus egit,

Hec quanta opprescit Christida nocte fidem.

At commissa tuo est populi communio sceptro,

Hanc rege supremum te colat illa caput.

Hec duce te falsos discat deponere culius,

Acceptumq; tibi se sapuisse ferat.

Pertinet ad reges sancti defensio uerbi,

Cur lupus in partes irruat ille tuus?

A fortia. Ut possis arcere tuis hunc Protea templis,

sudine. Corporis atq; animi robora fortis habes.

Expertus toties quid forti pectora posses,

Amisit uictus signa cruenta Scotus.

Iampridem infidum quo fregeris impete Gallum,

Testatur Martis candida fama tui.

Nec minimū peperit tibi mens moderata fauorem,

Siue foris, uirtus optima, siue domi.

Zunt tibi diuitiae, quas non opulentia Croesi,

Nec posset Phrygij uincere gaza Mida.

Nec

CARMEN ELEG.

Nec magis indulget Dea, nec constantior ulli est,
Quam tibi, quæ dubio semper in orbe uolat.
Non tamen usque adeò uicheris sublimis in altum
Ut spernas animis inferiora tuis.
Quod decet obsecras, & opes uirtutibus ornas,
Hoc erat eximij nobile regis opus.
Nectua luxuriae uanos profundit in usus
Nec nimis inclusas arca flagellat opes.
Nec male corrumpit nimis te copia Bacchi,
Nec famosa tuas alea perdit opes,
Nec rapit à iusto lasciuu[m] mater amoris,
Quæ nimis in uinis regnat, & inter opes.
Hei mihi, quod fatis tanta est concessa potestas,
Omnia quod tacite sub iuga mortis sunt.
Cur rapta ante diem cœlum Ioanna petivit?
Quæ tibi tam pulchro fœdere iuncta fuit.
Digna quidem cœlo pridem, sed uiuere terris
Longius, & regni debuit esse decus.
Da ueniam, tamen & uotis ignosce precantis,
Forma diu thalamum non decet ista turram,
Sed Regem Regina decet, spem patria poscit
Et regnare diu teq[ue] tuosq[ue] cupit.
Dum loquor, ecce uolans ala stridente Cupido
Impulit exiguis atria tota sonis.
Respicio, & tremule uideo aurea spicula dextre,
Tu quoq[ue] scis, inquit, tela quid ista queant.

¶ 5 Nec

AD REGEM ANGLIAE

Nec plura, ex oculis fugiens uelut umbra recessit
Ardentes longè luce sequente faces.
Fallor? an inuenta est tanto lux altera regno,
Quæ petat amplexus digna puella tuos.
Inuenta est certè, qua dignior altera tanto
Coniugio ac tanto coniuge nulla fuit.
Teq; adeò illustris Mariæ pulcherrima proles

ANNA Grande tui atq; ingens temporis Anna decus
Dux Iu- Te Deus elegit de tot modo milibus unam,
liacensis . Ut pia Regalis sponsa ferare tori,
Et meritò, namq; ut tua tempora moribus ornatae
Ut formam superat nulla puella tuam,
Sic pietate etiam sanctas Heroidas aquas
Temporis esse sui quæ meruere decus.

MARIA Ergo tibi instaurat iustos pia mater honores
Dux Iu- Et parat in tædas gaudia uera tuæ.
liacensis . Cuius ut enumerem iustas ab origine laudes

Sufficiet calamo non satis una dies.

Illi emeruit clarum prudentia nomen

Flumine quam latè Rhenus & Ister eunt.

Guliel. Iam tua magnanimus celebrat connubia frater,
mus Dux Et decus & generis gloria prima stai,
Juliae, Gel Quantus erat Cæsar primis Adrianus in annis,
driæ etc. Quantus adhuc iuuenis Vespasianus erat,

Quantus erat Macedo, magni mirator Homeri,

Et quem tot linguis edidicisse ferunt,

Tantus

CARMEN ELEG.

Tantus & hic taliq; animo deflagrat in artes
Ingenuos prodest quas didicisse Duces.

Hic tua confirmans sanctis connubia uotis

In thalamos optat fata benigna tuos.

Hoc facit Arctoo quo principe maius in orbe

Nil nitidus uulnu Phœbus uirq; uidet,

Nobile qui patrui referens nomenq; parentis

Vnus habet, superet qua ratione, duos,

Quo duce Castalios sapit Albidos unda liquores,

Et fama complet Solis utramq; uiam.

Quo duce Romano rumpantur ut Ilia Codro

Percipimus ueri dogmata uera Dei.

Fortior hoc nemo, nemo hoc constantior uno,

Adflictæ fidei grande tuetur opus.

Mius auspicijs, uiuat modo, Papa peribit,

Quas meruit poenas bellua uicta dabit.

Paparues, totum Christi doctrina per orbem

Eriget è tenebris, hoc duce, triste caput.

Vna erit unanimes iungens confessio mentes,

Qua facit occiduus Phœbus & ortus iter.

Sed tamen hæc alias uersu uberiore canamus

Interea ut debes impie Papa, uale.

Ad te nunc redeo Rex inclyte, maxime regum,

Tu mihi principium carminis huius cræs.

En tibi fœlices iactat Germania plausus

Quæ studiosa cui semper amansq; fuit.

Ioannes
Frideric
eus Dux
Saxonie
Elector,
defensor
fidei.

Huius

AD REG. ANG. CAR. ELEG.

Huius ego uolui tenui tibi nomine uersu
Plaudere, Meonio carmine digne cani.
Suscipe non iusto confectum tempore carmen,
Hei mihi quam breuitas hæc properata fuit.
Hoc age non alio quam tali perlege uultu
Ex oculis lucet qualis ubiq; tuis,
Sic tener optatos tibi filius impleat annos,
O quantam regno spem facit ille tuo.
Sic diuam auspicijs ducas fœlicibus Annant,
Perpetuum regni sit decus illa tui.
Tempus erit cum te maiori carmine dicam,
Hæc sunt ingenij munera prima mei.
Ipse tuum referam sacros Hymenæon ad ignes
Carmine quo debent regia facta cani.

AD

AD SERENISS. AC
POTENTISSL. PRINCIPEM AC
Dominū, Dominum HENRICVM OCTA
VVM Anglie & Francie Regem 2c. In dedu-
ctione ad eius R. M. sereniss. ac illustriss. Domine
ANNAE, Ducis Iulie, Geldriæ, Cleuiæ, ac
Bergæ 2c. coniugis E. R. Maiestati
desponsatæ, gratulatoria ad-
hortatio, scripta à
Ioanne Stige
lio.

Phœbe faue, dixi, paulò maiora professis
Ordior, Heroo carmine dexter ades,
Risit, & accedens ut erat cum fratre, Dione,
Suscipis ingenio grandius, inquit, onus.
Quid tibi cum Phœbo connubia lœta canentis?
Si nescis, operæ res erat ista meæ.
Ipse neges quamuis gaudes magis impare uersu,
Nostraq; quo scribi carmine regna solent.
Scis Dea respondi de carmine, si tamen istud
Ex aliqua dignum parte fauore tuo est,
Non tibi tam cupiam, quamuis tua spicula norim,
Acceptum fratri quam retulisse tuo.
Ma sub hæc, celebres Regum canat ille triumphos,
Si quid & Heroo grandius ore potest

Gaudie

AD REGEM ANGLIAE

Gaudia certè Elegis, Elegis scribuntur amores,
Lasciuī dicor mater Amoris ego.
Me uocat ad thalamos qui gaudia scribit amantūm,
Me uocat ad clausas mœsta Elegia fores.
Mos pro teste mihi est, nisi me præsente, iugales
Igne carent tædæ, me sine friget amor.
Et nisi quæ nostro sacrata est numine, debet
Nulla maritalem sponsa subire torum.
Parce Venus, retuli, non sunt tua numina tanti,
Coniugium pietas hoc facit esse sacrum.
Huius ad aspectum palles puto, pallet & ille
Omnia quo nato te superare putas.
Plura locuturo disces mea numina, disces,
Nec plura irato reddidit ore mibi.
Stabat Amor propter pharetra succinctus et arcu
In festa quatiens ignea tela manu.
In me ne iaceret fateor sua tela timbam,
Tela sed hæc numen, quod prohiberet, erat,
Virgo procul placidū stabat pulcherrima uultum,
Protinus ex uultu constitit esse Deam.
Candida uestibant uirtrices tempora lauri,
Numen in incessu, numen in ore fuit,
Candida sed simplex, qui fecit & omnia seruat.
Picta creatoris nomine uestis erat.
Ipse ego dum tantam mecum considero formam
Sum Picta, inquit, fida ministra Dei.

protinus

GRATVLA. ADHORT.

Primitus aspecta Pietate receſſit uterq;,
Facta noua nituit ſplendida luce domus.
Illa faciem dextra retinens, & flammea lœua
Exultit imparibus talia uerba modis.
Ipſatoris preſum, connubia iungere noſtrum eſt,
Officio hoc fungor precipiente Deo.
His ego ſat monitus, tenues dum pondero uires,
Imparibus ſubeunt uerba ligata modis.
Nunc age Rex regum ditiſſime, ſeu bona fortis
Corporis atq; animi ſeu numerare uelis,
Eequid ut agnoscis pia nomina uirginis huius,
Sanciat hæc dicis foedera noſtra, Venus.
Conſcorat illa tibi foelicis foederis ignes,
Quam ſis cura Deo Rex generofe uide.
Ut Deus inſtituit diuersi hæc uincula ſexus,
Atq; opus hoc ipſum censuit eſſe pium,
Sic nec coniugium curat, nec prouehit ullum,
Aufeſcium quod non à pietate capit.
Ulliſſus auſpicio tibi proſpera fata precamur,
Et canimus thalamis foedera sancta tuis.
Hanc tibi coniugio generofam ut iungeret Annam
Quam multas uni postpoſuiffe putas?
Nouerat ornatam uirtutibus omnibus Annam,
Atq; ſui rarum temporis eſſe decus,
Nouerat & regem te dotibus omnibus auctum,
Quæ reges faciunt proxima membra Deo,

Cordibus

AD REGEM ANGLIAE

Cordibus inde pium uestris inscuit amorem,
Et iunxit stabili pectora uestra fide.
Tam bene conueniunt non ipsis uitibus ulmi,
Tam bene non Smilax ambit amatq; Crocum,
Quam bene iuncta tuis formosa amplexibus Annis
In thalamos adserit omnia leta tuos.
Quanum surora diem quantu ornat Cynthia nocte,
Tantum ornat thalamos tam pia nupta tuos.
Accipe Rex igitur tantam inuestissime nuptam,
Quae te non alio coniuge digna fuit.
Accipe coniugio tibi quam Deus obtulit Annam,
Quaq; tibi obtulerit conditione, vide.
Matrimo Diuinæ formæ primos simulachra parentes
niu ac ma Cum Deus è flava composuisset humo,
gistratus Iamq; daret leges & agende munera uitæ,
ordinatio Sancire q; noui fœdera certa tori,
nes Dei. Prima tamen, dixit, diuinum agnoscere cultum
Cura sit, & puro pectore nosse Deum.
Nunc quoq; ut hanc curam mortali poscit ab omni
Sic primam in summis regibus esse iubet,
Qui dare iura alijs & sanctas condere leges,
Exemplum & debent omnibus esse pijs.
Iam noua principijs facies concreuerat orbis
Inq; suis florens gratia rebus erat.
Ipse sua mundus sub pubertate uigebat,
Omneq; leticia luxuriabat opus,

progen

GRAT. ADHORT.

Progeniesq; suas animantia producebant

Fœmina nec sterilis, mas erat ullus iners.

Nec cessarat Adam proli super addere prolem,

Inq; suo miles munere fortis erat.

Iam noua querebat subeundi nomina proli

Iam natos numero rettulit Eua suos.

Iam quantum sobolem tantum increbescere curas

Ingemuit tristi plena dolore parens.

Vix tria lustra ierant puerilia tempora mundi

Orta bis octaua tempora ueris erant,

Infandum memori uersans sub pectore lapsum

Sepe uiro inuito tristis Adamis erat,

Sepe auibus circum, brutisq; dolentibus una

Audita est misera talia uoce queri,

Nata mori, longæ quid adhuc traho tædia uitæ, Querela

Lenta trahunt aliquam cur mea fata moram? Eue.

Tam temere æternam quæ amisi stulta salutem

Supplicij æterni digna dolore sui.

Cur ueniam merui, cur post errata nephanda

Me non extinctam flaua recepit humus?

Sic ne ego luce fruor, pariā ut mea pignora mortis

Hei porius nulli flebilis, opto mori.

Cum subit illius mihi deceptoris imago

Præbuit infesto qui mihi poma dolo,

Incidit horrendi quoties mihi mentio lapsus

Perdita tunc dubito, sospes an esse uelim.

AD REGEM ANGLIAE

Afficio quoties numerosi germina partus
Omnia sunt oculis plena dolore meis,
Hec mihi qualis erit facies post saecula rerum
Acceptum seruant uix tria lustra decus,
Tota perhorresco quoties mea fata reuoluens
Cogito de sobolis posteritate meæ.
Quis dabit huic certas animorum vincula leges,
Quis morum censor, quis reprehensor erit?
Iam discunt simulata loqui, iam nocte fraudes
Nec modicè monitus pignora nostra ferunt.
Et tanquam nequeant satis hæc adferre doloris,
Accedit miseræ maxima cura Cain.
Euentu careant, fallantq; ea somnia sensus
Quæ soleo media sepe uidere die,
Fallar, & hoc omen celeres labatur in auræ
Impinget generi dedecus ille suo.
Omnia quæ tamen hæc moneat superanda ferenda
Ponitur in solo spes mea fixa Dœo.
Tu Deus hanc nobis uitam mentemq; dedisti
Munera quæ mentis sunt simulachra tuæ,
Tu mihi promisso reueabis semine culpant
Et piestate tua crimina nostra premes.
Tu dabis imperij formam, sanctumq; Senatum
Tu facies populis iura ducesq; tuis.
Hæc etenim memini te nomina dicere nobis,
Cum tua dixisset, crescite, lingua potens.

Creschmus

GRATVLA. ADHORT.

Crescimus, ipse tamen uires crescentibus addas
Ne cessante tua deficiamus ope.

Talibus orabat uotis operata pudicis

Confirmans sola pectora moesta fide.

Audist ista Deus, nec se immemor esse parentem

Ah ubi non meminit se Deus esse patrem?

Subiectas statuit cœlis iniurias terras,

Cordaq; pollicito moesta leuare sono.

Festus erat celebris uentura luce futurus

Historia
de diuina
institutio
ne magis
stratus.

Qui solet à sexto septimus esse die.

Crastina fixurus montanas prandia das

Alta pharetratus tesqua petebat Adam,

Eua domi interea sua pignora pectit & ornat

Ad sacra placando rite ferenda Deo.

Iam labente die, nec enim dum lauerat omnes

Vicini ut peteret iurgitis ibat aquas,

Cum Deus ingrediens medijs per deuia campi

Tendit ad herbosæ tegmina parua casæ,

Hospitis aduentu turbata recessit Adamis

Causaq; lætitiae mista timore fuit.

Nec mora, uerso intro quos lauerat ordine sistit

Quaq; Deum excipiant relligione docet.

At reliquum uulgas quod adhue squalebat, & ora

Horrebat multo puluerulenta situ,

In sceno, & sparsæ stipulis abscondit auenæ,

Et iubet ad uultum delituisse Dei.

AD REGEM ANGLIAS

Iam Deus ingreditur fumosi lioni ma testi,

Angelus huic comites unus & alter erant,
Excipit amplexu uultu testata pudorem

Et præsente Deo pulchrior Eua fuit.

Pone, ut erant iussi, subeuntes ordine nati

Excipiunt flexo poplite quisq; Deum,

Ille dat & dextram teneris, dat & oscula natis

Et placido humanum consecrat ore genit.

Affidet hinc matri, lachrymis ea squalida fusis

Effari potuit nil nisi parce Deus.

Parcere se retulit, nec quenquam perdere uelle

Pectore qui ueniam non dubitante petat,

Et licet ipsorum meritis hoc accidat ipsum

Vt minus ex animo cedere fata uelint,

Se tamen ærumnas omnesq; leuare dolores

Et mitem miseris omnibus esse patrem.

Talibus afflictæ memorans solatia matri

Impubem placido conuocat ore gregem.

Stare iubet grandes, rudiores excipit ulnis

Plena erat Angelicis concio tota choris.

Stabat Abel uultu coeli testatus amorem

Diuinumq; oculis se genus esse probat.

Huic Deus ut recitet, mandat, præcepta parentum

Incipit hic, linguis cætera turba fauent.

Abeli eō. Esse Deum credo, rerum super omnia magnum,

Iesio. Qui merito nomen mite parentis habet.

A quo

GRATVLA. ADHORT.

A quo principium, naturaq; semina ducunt
Omnia quæ mundi lux spaciofa uidet
Omnia perpetua qui maiestate gubernat
Quæ rerum tanta machina mole tenet.
Miraq; proponens nobis discrimina rerum
Omnia qui poscit se docet esse Deum.
Flumina qui cursu procedere, sydera motu,
Omnia qui certis legibus ire iubet,
Qui sua temporibus dedit interualla, uicesq;
Omnibus incolumis rebus ut usus eat,
Qui uarias uires diuersis inserit herbis
Et uarijs lætos frugibus ornat agros.
Qui nostris animis uitales indidit ignes
Exemplum mentis notitiamq; suæ,
Tanta quibus ducibus per dona agnoscimus illum
Perpetuum immensi numen habere Dei.
Hei mihi cur nostri uiolata lege parentes
Vindictæ irato causa fuere Deo.
Paruerint illi, quam nunc pulcherrimus esset
Humani generis lugubris iste status,
Aeternæ fuerat fiducia quanta salutis
Quiq; Deum cupiat noscere, quantus amor!
Ante Deum læti uita frueremur, et omnis
Conscius à pauido cederet ore pudor.
Non aliqua affectus fraudaret iniqua uoluptas
Expers uita omnis criminis ista foret.

AD REGEM ANGLIAE

Verum, labe carent quæ sunt diuinitus orta,

Ipse Sathan stritor criminis huius erat.

Illi⁹ ab quanta est quamq; inuidiosa tyrannis,

Sæuitiæ finem non habet illa sue,

Sæuiat usq; licet, certè est robustior illa

Et finem pietas nescit habere Dei.

In solo defixa Deo spes nostra quiescit

Sponte suam miseris ille recepit opem,

Quos queat æternum merit⁹ adfligere poenit⁹

Hos olim immunes maluit esse Deus,

Seminis ille dedit nostræ promissa parenti

Triste quod à nobis auferat omne scelus,

Hoc sc̄ non merit⁹ cruciatibus offeret ultra

Vt poenit⁹ nostra pro levitate luat,

Et mortem nostram rediuiua morte domabit

Proq; fide mercem cœlica regna dabit,

Afficit poena, longoq; dolore Draconem

Quo suasore parens est mea facta nocens.

Ille fremens, frustraq; furens ingentibus iris

Insidias odij ponet ubiq; sui,

Et licet insidias uariasq; excogitet artes,

Non animas aliqua suppressimet arte pios.

Ergo furens odio, sœuq; tyrannide rumpat,

Nos erimus summo turba redempta Deo,

Acceptoq; Dei coalescent pectora uerbo

Inq; hostem unanimi foedere bella gerent.

His Deus

GRATVLA. ADHORT.

His Deus inspirans diuini numinis auram

Victrices uires armiq; iusta dabit.

Et licet hic aliquo mutentur corpora casu

Et percant fato membra soluta suo,

Certè animi æterne lucrantes gaudia uitæ

Militie tantæ præmia iusta ferent.

Talibus sic iussus memorat formosus Abelus

Ipse Deus nutu singula uerba probat.

Hac eadem fratres, eadem reuelere forores.

Ordinis & sensus totius unus erat.

Tum Deus à numero quos norat abesse requirens

Turba quid à numero cætera, dixit, abest?

Eua petens ueniam subito confusa rubore

Sordibus his, inquit, splendide parce Deus,

Atq; ita straminibus quantum licet, expedit illos

Et properat laceras composuisse comas.

Increpat & fraues & curam obiurgat manem

Et Deus ad uultus, inquit, adeste meos.

Stans Cain impexos foeno impediente capillos

Præsentem intorto suspicit ore Deum.

Lacte rigeat manicæ, liuet quoq; sordibus unguis,

Immunda gliscunt ora peruncta manu.

Quem Deus aspiciens, age tu quoq; rustice dixit,

Imbiberis fidei quæ documenta, refer.

Ille diu torquens titubantia guttura, tandem

Non contexta tamen, sed mutilata refert.

Cain igit

norat ra-

tionem p-

dei.

AD REGEM ANGLIAE

Esse Deum credo qui mundi conditor huius,
A nobis certa uult ratione coli,
Oblatoq; aris placatur munere, curat
Quos amat, & punit quæ male facta putat.
Ille quidem in segetes fœcundos depluit imbres,
Et liquido cultos rore serenat agros,
An tamen errores delictaq; nostra remittat,
An facili nostras hauriat aure preces
Vix scio, perpetua post hanc de luce uidebo
Extremum cogar claudere quando diem.
Increpat oblitum fidei temcreq; loquentem
Et iubet hæc certa discere mente Deus.
Tum uero uestra quoniam de stemmate mundus
Impleri, populis debet, & esse frequens,
Est opus ut populos ratio discernat & ordo,
Quisquis ut officium norit agatq; suum,
Ut bene diuini seruentur dogmata cultus,
Quæq; mihi iustos uos facit esse fides.
Est opus in uobis ut sint qui do gmata tractent,
Et doccent animos de pietate rudes.
Ut sua diuersis constet concordia rebus,
Ut placido semper fœdere mundus eat,
Est opus ingenuos ut sint qui tradere mores
Et leges alijs iuraq; sancta queant.
Sic ait, & Setho cum fratre appellat Abelum,
Et nudum teneras fistit uitrumq; comad⁵,
Impos

GRATVLA. ADHORT.

Imponensq; manus illis, uos consecro reges

Ordina =
tio Magi
stratus et
subdito =
rum.

Et sanctum uobis in sero numen ait,

Vestrum erit acceptum fidei illustrare nitorem

Et uerum cultum notitiamq; Dei,

Iura dare ac leges, patriæ defendere fines,

Pœna arcere malos, pace souere bonos.

At Cain impatiens & qui nascentur ab illo

Agnatae hæredes rusticitatis erunt.

Horum munus erit parere ac iura timere,

Et uestras leges scrutiumq; pati,

Atq; opera uestra diuinum agnoscere uerbum,

Præcipue hoc illos, uos decet istud opus.

Sic dit Angelicus concentibus annuit aer

Harmonicis resonant terra polusq; sonis,

Inde salutata placido sermone parente

Cœlesti repetit lucidus astra choro.

Historiam ex illo seri meminere nepotes,

Nunc erit & uersu non reticenda meo.

Verum ad te redeo Rex ornatissime regum

Corporis atq; animi Rex cumulate bonis,

Cur Deus unanimis sociarit foedera lecti

Curq; suo fuerit foemina iuncta viro,

Vnde magistratus, tum quod sit munus corum

Qui populum certa subditione regunt

Hactenus attigimus, melius licet omnia noris

Quam canere Aonidum barbitos ulla queat.

Apostro =
phe ad re
gem.

Applicat
historia.

AD REGEM ANGLIAE

Cur tamen hoc facrem Rex inclyte causa coegerit?

Quaratio melior cogere nulla potest.

Vno et Vnus Aſpice quam uero lachrymans Ecclesia uulnus
tur. Mœſta quasi regum lugeat ante pedes,
baræ. Quis ciuitate huic lachrymas, ſi quis rogat, ille ferenuſ
male ad. In media poſcit luce uidere diem.

fecte Eccl. Ut tamen hic nolit ſceleratam iniuriam Romam,
ecclæ. Diuerſis peragret condita templa locis,

Crebrius audierit quæ templa boare canendo
Iſta ſcia: ſummo plus inimica Deo.

Iam puto palpabit quod non bene uidcrat ante,
Nec poterit madidas continuiffe genas.

Inueniet ſacris redimitos tempora uitatis

Inueniet totos quos ſtola longa tegit
Eſſe ſacerdotes habitu fallente putabit

Qui cupiant ſummi uerba docere Dei,
Non ſunt, ſed ſicca flagrantes fauor tyranni,

Qui cupiant ipſi bella mouere Deo.
Qui stimulis agitant animos, litesq; ferentes

Vnanimes acuunt ad ſera bella duces.
Hij ſunt materies cunctorum & cauſa malorum,

Vnde pīj merito, quod lachrymentur, habent
Horum iniecta iacet duris Ecclesia uincis,

Hei mibi quam longo tempore uincta fuit.
Nec ſatis eſt ualidis uincis tenuiſſe catenis.

Ei miſeram miris excruciare modis,

Sanguinis.

GRATVLA. ADHORT.

Sanguinis exiugunt uires, & uiscera rodunt,
Et tantum hanc ulla morte carere dolent,
Iam scelerum ut socios ut emant incendia Martis, Crudeli =
ipsius miseræ dilacerantur opes. tas Papin
Atq; aliquis positum dux mercenarius aurum starum.
Accipit, ut socias addat in arma manus,
Degerc tranquille qui cum queat otia pacis
Externis quærit bella nephanda locis,
Atq; aliquem furijs stimulantibus expetit hostem
De nullo poscit cum tamen hoste queri,
Vtq; surens Ate bachata per atria regum
Concita sanguineo corda furore mouet,
Impiger hand aliter uarias uolat ille per aulas
Inficiensq; animos bella nephanda serit.
Exige iam quæ sit multorum uita, quis ordo
Qui uera ut seruent dogmata nomen habent.
Dicas Pontifices, mystas, Canonesq; professos
Nomina habere ipso penè timenda sono,
Quæ pudet, hæc dolor est memorare, sed omnia
Quæ fieri nulla lege uetante solent. (sunt
Crimina non referam Sybaritidos impia mensæ
Non referam uictitis gaudia capta toris.
Dicere pollutos thalamos Veneremq; nephandam
Hoc erat illicitis polluere ora sonis.
Laidas omitto saltare ad prandia nudas
Et quæ non didicit lingua modesta loqui.

Qui

AD REGEM ANGLIAE

Qui neget hæc animos regum debere mouere

Tutores fidei quos iubet esse Deus,

Hunc errare adeo cæcariatione putarim,

Vt scelerum ultorem pernegat esse Deum.

Plura recordanti mihi iusta expressa dolore

Excidit in tristes humida gutta genas,

Sed thalami spes leta tui, Rex maxime regum

Hic aliquem lachrymis noluit esse locum,

Illa animis concepta pijs, & cordibus hærens

Quæ sitiunt cupida dogmata mente Dei,

De te deq; tua fecit præconia nupta

Quam latè fines uester & ortus habent.
Hac monstrante nouas gaudendi Ecclesia causas

Inuenit, & quare tristia ponat, habet.

Quare age qui tantis omnes uirtutibus æquas

Quos sua uel cecinit uel modò fama canit,
Prædicta cui tantis uirtutibus obtigit uxor

Charta satis quantas uix canere ulla potest,
Spem bene conceptam studijs non segnibus imple,

Anna comes sociæ conditionis erit.

Illam age gauisis quoties amplecteris ulnis

Exceptamq; pio molliter ore foues,
Te sociam uitæ fortunarumq; tuarum

Te sociam regni crede fouere tui,

Quæ tecum leges seruare & condere iuræ

Et debet placide pacis amare decus.

In primis

GRATVL. ADHORT.

In primis populo sanctam adseruare salutem
Quæ Christi à merito, non aliunde uenit:
Tam bene coniugium decet hæc prouincia regum ee
Quàm bene formosum Solis imago diem. ee
Nec minus officium Deus hoc in rege requirit
Quàm Sole, ut nitido proferat axe diem.
Ergo iterumq; iterumq; age Rex mitissime regum
Quòd facis, hic causam religionis age,
Consule turbato miseræ pietatis honori
Quo facias animos omnibus, unus habes,
Iampridem pietas terras tua lucet in omnes,
Ut sapient alij causa sit illa Duces.
Tu potes exemplo reliquorum accendere mentes
Tu placidam fessis addere rebus opem.
Heu tua cur tardans quædam copta optima pestes,
Cur te Pontificum tanta caterua premit?
Cur magis Ausonij studijs addicta tyranni
Impedit imperium mystica turba tuum?
Est ubi sacrificum series & copia maior
Illic est probitas religioq; minor.
Exige de patrio furiosa catharmata cœtu
Inſciunt populos ista uenena tuos,
Ut tua purgasti turpi coenobia uulgo,
O uel ob hoc omni carmine digne cani,
Sic debes reſcuare suis delubra uenenis
A templis omnis debet abesse lues.

Adſere

AD REGEM ANGLIAE

Adserere saluifici certissima dogmata uerbi
Solaq; que iustos nos facit esse fidem.
Te Regum te turba Ducum generosa sequitur
Quam late Christi gloria nonen habet,
Omnia promittunt sibi de te uota piorum
Et spes hoc penitus tempore facta fides.
Fallere spem populi non impia quatenebat ambit
Crede mihi regis non erat, hostis erat.
Publica res Rex est, ut publica commoda seruit,
Publica sunt populi commoda, uerba Dei.
Regibus haec mandat Deus ut tueantur, id unum
Officium proprium regibus esse iubet.
Inde sacri reges & cœli cura uocantur
Indignus titulo est, qui negat ista, suo.
Accipit à cœlo missos Ecclesia reges
Quos dat ut adscrivent dogmata uera Dei,
Hinc uobis animi ingentes, & nescia frangi
Pectora & aduersum uincere docta malum.
Muneribus cœli iam si quis abutitur illis
Pro tanta pœnas impietate luit.
Sic reprobis tumidis Pharao submergitur undis
Putribus Herodes lendibus esca fuit.
Tu meliora uide, reliquis tu lampada præbe,
Hoc te præ reliquis quantus es ipse, decet.
Ante oculos Latij uersetur imago Baalis
Parcere non ipsi prædo scit ille Deo.

Impia

GRATVLA. ADHORT.

Impius ille Deo iustos furatur honores
Se rerum dominum fingit, & esse Deum,
Regna facit nobis patrij uenalia cœli
Promittat gratis cum tamen illa Deus,
Me penes est, inquit, summi custodia cœli,
Sydera sunt nostra clausa patentq; manu,
Quos uolo, perpetuo cœli condignor honore,
Quos uolo perpetuo funere eogo mori.
Talibla blasphema iactantem uoce quis unquam
Vera uidens sano pectore ferre queat?
Et tamen heutulimus, tulimus tot turpiter annos
Turpius & multos nunc quoq; ferre iuuat.
At tu qui ueram sublimi pectori lucem
Et uerum ad cœli sydera cernis iter,
Qui ducente Deo uanos agnoscis abusus
Dæmonis & fraudes, Pontificumq; dolos,
Suscipte doctrinam, complexuq; adserere toto
Ad cœlum sola quæ docet ire fide.
Nam potes, & melius te uix intelligit alter
Debita quæ solo sint soluenda Deo,
Te quoq; progenitum de semine noris Abelli
Regis & à solo nomen habere Deo,
Tradita diuini cui sit custodia uerbi
Ut serues populis dogmata uera tuis.
Dogmata uera uoto, non quæ colere ardua templis
Præcipiant plures per simulachra Deos,

Quæq;

AD REGEM ANGLIAE

Quæq; datis numis animæ prostatæ salutem
Atq; hominum meritis astra patere docent,
Purgariq; animas flammis, & nocte uolantes
Placari media per stata sacra uia,
Non quæ priuatæ doceant ludibria missæ,
Placari accepto thureq; posse Deum,
Non quæ commissæ nugentur crimina culpe
Romani tolli possè Baalis ope,
Qualia Pontificum finxit mentita tyrannis
Plena diabolico semine plena dolo,
Sed quæ commissam doceant agnoscere culpam
Noxiaq; haud ficto corda dolore premi,
Et toto in solo confidere pectore Christo,
Illi⁹ & memori mente tenere crucem,
Credere quòd nostram reparauerit ille salutem
Morte quòd eluerit crimina nostra sua,
Quod solum hunc propter nobis delicta remittat
Non ullis meritis gratia mota Dci.
Quòd facis, hanc igitur doctrinā amplectere, uera
Quæ populos doceat de pietate tuos.
Ut taceam parto tibi debita præmia cœlo
Magna tibi merces posteritatis erit,
Tempus erit cum tu seræ post funera uitæ
Fœlici superum sede receptus eris,
Aurea magnificis titulis tua stabit imago
Quæ referet laudis nomina iusta tuæ,

GRATVL. ADHORT.

Hec aliquis numerans canis uenerandus ab annis,
Sanctior hoc dicet Principe nemo fuit.
Qui sibi cum certo sociasset foedere Gallum,
Quem cæsum forti uicerat ante manu,
Infestumq; suo domuisset milite Scotum,
Et pacem patria composuisset humo,
Primus uerba Dei patrias admisit in oras,
Anglia quæ retinēs, nūc quoq; chara Deo est.
Talia commemorans tibi prospera queq; precatus
Consparget nitidas in tua busta rosas.
Sed quid ego toties monitis iterata reuoluo,
Da ueniam, hortatu comprobo cœpta meo.
Si aliquis sumpto propellit remige puppem,
Sponte licet placidum prora per æquor eat.
Talia Flandriaca meditabar ab urbe prosector
Regalis pompe pars quota nuper eques,
Cum mihi se optati turres ostendere portus
Atq; Caletani mœnia celsa soli,
Appropero, resonans studio certante Caletum
Perstrepit atq; ingens orbis in urbe fremit,
Obvia gauisæ procedunt agmina pubis,
Et populo in toto uox sonat una, uenit.
Mille modis celebres iactantur in aëra plausus
Atq; idem uario feruet ab ore fauor
Plurima sulphureos iaculatur machina glandes
Missa putes summo fulmina sœua polo.

AD REGEM ANGLIAE

Vicinæ reboant geminatis ictibus undæ

Horrendisq; tremunt littora curua sonis,
It cœlo fumus, totamq; obnubilat urbem,

Perq; nouas tenebras eripit umbra diem,
Dixeris irati Martis signa omnia, non sunt,

Maiestas oculis signa dat illa tuis,
Hæc domina ueniente nouo splendore triumphans

Lætitia præbet publica signa suæ,
Iam clangore tubæ campos atq; aethera complent,

Et raucos uariant tympana pulsa sonos,
Diuersis uacuæ resonant concentibus auræ

Multus & in gyros arte rotatur equus
Incedunt campis proceres pulcherrimus ordo

Iubilat & dominam quilibet ante suam,
At regina potens currū sublimis in aureo

Inelyta per populos ducitur Anna suos,
Aurea significans placata sæcula uultu

Illa sui populi spem iubet esse fidem.
Ex oculis pietas, è fronte relucet honestas,

Emicat ingenuo castus ab ore pudor.
Ecce etiam classes, iniunctas dixeris arces

Vt scopuli medijs conspicuntur aquæ.
Quis credat celeres armamentaria puppes

Ferre quis hæc rerum pondera credat aquæ?
Gestiat horrendi tentare pericula ponit

Qui uideat tantæ nobile molis opus.

Regis

GRATVLA. ADHORT.

Regia qui numerat pictis insignia uelis

Sic maris est dominus conspiciendus ait.

Omnia sed certo numero comprehendere splendor

Non finit, ex auro qui radiante uenit.

Iamq; aliquis summo residens in culmine mali

Præcinit æquore & prospera fata uiæ,

Exercensq; alius mirandam in sume palestram

Exhibet exitij spemq; metumq; sui,

Funibus hærentes nautas, fatisq; minantes

Mirari potius quam numerare iuuat.

Auratas taceat coniux Aegyptia puppes

A quibus ut iuuat nunc quoq; Cydnus habet,

Illi non meritæ qui tristi sine periret

Substrauit tantas luxus manis opes,

Hanc uirtus tanto merito dignatur honore

Quiq; aliquo nescit sine perire fauor.

Digna erat hæc populos cui flauū sterneret aurum

Perpetua ornata cui rosa uernet humo,

Sydera cui plaudant, cui semper rideat æther

Cui fluat aurifero prodigus amne Tagus.

Sed iam deductas tempus concendere puppes

Dum spondet placidas Phœbus & aura uias,

Parcite ceruleo dominantia monstra profundo,

Nauta quibus uisis territus optat humum

Parcite, sine suo uestras quoq; temperat iras

Qui certo rapidas sine coercet aquas,

AD REGEM ANGLIAE

Parece pater pelagi tumidos conuoluere fluctus
Cuncta sibi à cuius monstra tridente timent.
Tu quoq; quid sit amor, quid sit fax ignea nosti,
Igne nec Idalio te caluisse negas.
Quid sit amor nosti, nec te latet improbe longa
Quæ sibi nocte miser somnia fngit amans.
Tam madidus cum sis, ipsisq; madentior undis
Non minus Idalia te face torsit amor.
Nec puduit uarius te rerum adsumere formas,
Ut caperes uoti gaudia plena tui.
Terrenos aditus si quis uetusset amanti
Ira futura tui quanta tridentis erat?
Quis tamen hic metuat, non est tua gloria tanti
Huius ad aspectum cogeris esse pius.
Non aliquis patrijs Paris hanc abduxit ab oris
Hic titulum fraudis nullus Iason habet,
Nec Venus hanc pepigit furtiuo pronuba lecto,
Non hic lascivius foedera cantat hymen,
Legitimæ præfert pietas huic pronuba tædas
Hac duce longinquos expedit illatoros.
Viuat io, numeretq; suos fœliciter annos
Eriget hac fœlix terra Britanna caput,
Ipsa suo regi ueros augebit amores
Per quos stat summo gloria iusta Deo
Quod facit ille, sacre doctrinæ agnoscet abusus
Et cupiet ueram restituisse fidem,

GRAT. ADHORT.

Pura Deo reddet ueros Ecclesia cultus
Vna animos iunget hic & ubiq; fides:
Impius amissos Sybarita dolbit honores
Totius immensas qui uorat orbis opes.
Infringent ipsi scelerat & guttura claves
Ad quas cœlestes obriguere fores,
Ante fores Erebì miserè suspensus ab illis
Debita cum Iuda præmia fratre feret,
Sepe uidens mortem uitæ suprema minantem
Culpabit uitæ tempora longa suæ,
Posse mori optabit, uiuet tamen æger, & horane
Immensi credet temporis esse moram.
Vulgus inane animæ circum per inane uolabunt
Quotquot ad infernas ille coëgit aquas.
Milleq; dictabunt diuersæ nomina pœne
In se commissum quælibet ulta scelus.
Dum loquor, ecce tacet positis Aquilonibus æquor
Temperat & rapidum mitior aura fretum,
Omnia cærulei requiescunt monstra profundi
Concordes præstant uentus & unda uices,
Cessat hyems, toto solis iubar æquore lucet,
Tempora formosi ueris adesse putas,
Sponte suis cedunt submissæ fluctibus undæ,
Nunc titulum iusti nominis æquor habet.
Impia Pontificum sunt irrita uota, nec ullas
Intentant nobis terra fretumq; uices.

AD REG. ANG. GRA. AD HOR.

Iam video op: at & pulcherrima littora Dobra
Ostendunt fines Cantia rura suos.
Excipe læta tuum placido decus Anglia cœlo
Hoc tibi quam pulchrum sydere nomen erit!
Excipe Germanam fatis non tristibus Annam,
Anglia Germano sanguine plena domus,
Quæ tibi fœlices Germania præbuit ortus
Nunc apcrit toto se tibi læta sinu,
Vtq; tibi ueterem uerè testetur amorem
Hoc tibi Rhenano mittit ab orbe decus.
At uos sydere dignissima pectora cœlo
Quos adeo pulchro fœdere iunxit amor,
Tuq; adeo toties rudibus mihi dicte Camœnis
Henrice ò alia Rex memorande lyra,
Quæq; tuos superas sanctis uirtutibus annos
Gloria Iuliados nobilis Anna domus,
Viuite fœlices sancti sub fœdere lecti
Perpetuò uester fœdere perstet amor,
Viuere uos cupiant seri sine fine nepotes
Iucundos numeret uestra senecta dies.

τέλος.

VIRTVS.

GVLIELMO, DVCI IVLIAE,
GELDRIAЕ, CLEVIAE,
AC BERGAE &c.

Quam legis unde etia nuper tibi missa corona est

Ista tibi nostra fertur ab arce salus,

Hinc ubi sublimis summum secat aera tractus

Regia

Proximaq; ad cœlum semita pandit iter,

virtutis.

Quo nisi difficili concendi posse labore

Tam bene cum pergas, tu quoq; scire potes.

Fallor? an ut lecta est nostræ tibi syngrapha dextræ

Protinus est oculis cognita nostra tuis,

An, nisi nouisses signatæ insignia cæræ,

Hoc breue uix scires unde daretur opus.

Dij melius, namq; ut tibi mens audiſſima recti est,

Sic tibi me ſpero charius eſſe nihil.

Paruus adhuc, primæq; puer lanuginis expers

Pueritia

Pectoris ingenui publica signa dabas,

Principis

Iam ſatis à teneris ea te adfectare docebas

Guliclmii.

Post tua quæ tecum uiuere fata queant,

Sepe aliquis pietate grauis, qui me duce clarus

Et meritis patriæ ſuspiciendus erat,

Postquam oculos animi ceu certa theatra notasset,

Hæc animos quantos regia, dixit, habet.

Cresce puer, numeraq; tuos foeliciter annos

Dij tibi dent uitam, tu quoq; magnus eris.

AD DUCEM IVLIACENSEM

Sic senior, sic tota pijs tibi patria uotis

Seruit, in cunas saepe precata tuas.

Ipse quasi pugnans puerilem uincere captus

Spem nunquam patriæ fallere certus era.

Agnoui ingenium teneris sedatus annis,

Et dixi, fructus proferet ista seges.

Heroicos Agnoui heroos generoso in pectori motus

animos di Qui doceant proprius te genus esse Deo,

minitusq; Ille suum ingenuis immittit mentibus ignem,

bernari. Utq; animis agitent non nisi magna facit.

• Astra mouent animos, non fit, sed nascitur heros.

Sedibus è superis impetus iste uenit,

Numen inest animis quibus est commissa potest.

Principibusq; minus subdita turba sapit.

Ergo tibi Andream Epimeleanq; sorores

Nutricum adsiduo iussimus esse loco,

Ille animis alacres, ac promptæ protinus ibant

Vt tibi uiuendi iussa uerenda darent,

Misimus has pueri studijs iuuenilibus aptas,

Appeteres studium quod iuuenile puer,

Quas quia tam stabili fueris imitatus amore

Hinc iuuenis debes charior esse mihi,

Laudo quod officijs animoq; ita cœperis illas,

Vt tecum æternum uiuere & esse uelint.

Adolescē Iamq; tibi malas paulò maturior etas

et.

Cœperat, & flauas pingere lana genas,

Nomina

VIRTUTIS EPISTOLA.

Nomina non leuum miratus inania rerum

Voluebas animo nil nisi grande tuo,

Mobile quæ sequitur ceu magna ac splendida nub
Omnia uisa animo falsa fuere tuo. (gus,

Iam tua ducebas nihil esse insignia prorsus

Ni fuerint animis splendida facta tuis,

Et quasi suspectam mihi uisus habere iuuentam

Tractabas annis arduiora tuis.

Nuc bene si memini (meminere sed omnia amates) Iuuentus.

Lustra tibi nondum quinq; peracta puto,

Quos tua non superat iuuenilis gloria canos;

Sic iuuenis cum fis, uir mihi qualis eris?

Dum tecum imperij regnandiq; exigis artes

Et summum deceant quæ bona uera Ducem,

Te totum Aonijs Romano more Camœnus

Adiçis, & rerum discutis omne genus,

Te totum ad uitam heroum componis eorum

Qui patriæ dici promeruere patres.

Atq; ita quo certas regnandi discere leges

Omnibus historijs se tuus aptat amor.

Dumq; alij festis uinosa charistia mensis

Et celebrant leuibus gaudia pigra iocis,

Edita dum breuiant illis spectacula soles,

Et pernox patrias alea perdit opes,

Tu strepide nugis sciunctus ab omnibus aule

Heroe uersus pectora maius opus.

Laura stu
dijs philo
sophie.

AD DVCEM IULIACEN.

Tu studijs animum intendis perq; ardua raptus
Parnassi, Aonio labra liquore rigas.
Aut speculum uitæ sapientem uoluis Homerum
Aut Ciceronæas excutis acer opes,
Nunc te Graia iuuat, nunc te Romana uetus as
Hero asq; illuc quos imitere, legis,
Iamq; tibi assertis iustus Trasibulus Athenis
Iam tibi Aristidis mens generosa placet
Inq; animis stimulos linquens sermone Pericles
Mithrida Et quem tot linguas edidicisse ferunt,
tes. Iam rapit inuicti te mens generosa Camilli
Iustitiae ille fuit militæq; decus,
Marcel = Inq; fugam Poenum toties qui compulit hostem,
lus. Quiq; manu Tyrias vindice fregit opes,
Scipiones Et ciuem seruare domi qui maluit unum
Quam uictri hostes perdere mille manu,
Posthu Quiq; Aquila arrepta medios dux primus in hostes
mius. Irruit, & uictor plebe sequente fuit,
Curius et Contentiq; suo, qui exosi muncrare regum
Fabritius Diuitias animis posthabuere duo,
Q. Fab. Et qui cunctando Romanam restinuit rem
Tercentumq; una qui periire die.
Dumq; legis Graios, dum fortia facta Quiritum,
His confers patriæ fortia facta tuæ.
Suspiciis Henricos, fortes miraris Othones,

Quorum

VIRTVTIS EPISTOLA.

- Quorum non aliqua est gloria laude minor.
Hic uelut ante oculos tot formidanda triumphis
Pro coelo uindex Carolus arma gerit.
Atq; ita ceu stimulos addunt tibi calcaris omnes Carolus
Temporis esse sui qui meruere decus, Magnus.
Vtq; hos miratus sequeris, sic respuis illos
Qui meruere aui de decus esse sui,
Iamq; stupes mollem ceu monstrū immane Neronē
Inter & Assyrias Sardanapalon opes,
Et quem fama refert proprias uiolasse sorores
Cuiq; patens nomen uile metreta dedit, Caligula.
Iam tibi damnatur Phalaris, rigidusq; Phraartes
Cede sui generis quem maduisse ferunt,
Quiq; suas uicto terrebat fulmine gentes
Seq; Dei solo iussit honore coli,
Harpago quiq; tibi seruato præmia Cyro
Apposuit nati uiscera tosta tui,
Ultima quiq; suo meditatus funera fratri
A proprio lœsus pertulit ense necem,
Et qui matronas spoliasse in templo uocatas
Dicitur & castas prostituisse nurus,
Et bellum patrijs inferre penatibus ausus
Vindice supplicium qui Cicerone tulit,
Et Sylla & Marius, patriæq; incendia Grachi
Seruiliq; nimis Spartacus hoste nocens. Catilina.
Omnia

AD DVCEM IVLIACEN.

Omnia sic reputans gestarum pondera rerum
Eligis imperio facta imitanda tuo.
Omnia mox ueterū scrutans monumenta Sophorū
Excutis ingenio totum Helyconatuo,
Vnde tibi uero ueniat prudentia uultu,
Quæ fucata alijs sēpe uenire solet.
Hij sunt ingenij mores, hij principe digni,
Hæc decet ingenuum prouida cura Ducem.
Illa beata potest uerè respublica dici,
Princeps Cuius philosophum non pudet esse Ducem,
philoso- Cuius amat causas rerum cognoscere Princeps
phus. Atq; animum studijs eruditissime cupit,
Cæcaq; fastidit falsarum nubila rerum
Et bona magnanimo pectore uera uidet,
Non illum instabili fallit Dea lubrica uultu
Venturūm ingenio præcauet ille malum.
Alexan- Forsan Alexander potuisset euntibus annis
der Ma- Contentus patriæ finibus esse suæ,
gnus phi- Nec tot subiecti domuisset climata mundi
losophus. Totq; triumphatis signa locasset agris,
Ni caput has nostras ferret sublime per artes
Pectoraq; his studijs instituenda daret.
Ille globum fertur sub amici tempora somni
Exerta stragulis sustinuisse manu,
Qui sonitum posita reddens elapsus in urna
Nocturne rupit dulce quietis opus,

Nec

VIRTVTIS EPISTOLA.

Nec mora, magniloqui iuuenis mirator Homeri
Dicitur ad Musas profiliisse suas.

Aug. Cæsar philo sophus.

Tanta nec Augusti maiestas Cæsar is esset

Ni studijs etiam talibus aucta foret,

In sua distribuit famulantem munia noctem

Vt satis ingenio temporis ille daret.

Ergo illi uigili scrutantes omnia sensu

Quæ natura animis conficienda dedit,

Vicerunt ratione magis, quam uiribus orbem,

Marteq; prosperior mens generosa fuit.

Desine liuor edax sanctas proscindere Musas,

Vir prudens etiam uincere fata potest.

Hoc tamen ut sias, rerum tibi nosse necesse est

Diuersas causas instabilesq; uices.

Talia qui nouit cunctos prudentia casus

Hunc comes iuicta uincere mente docet.

Hec quia nosse studes, quia sunt tibi talia cordi

Par illis, alijs me duce maior eris.

Hei mihi cur tantam pepererunt Tartara pestem

Quæ certum meritis non finit esse decuse

Cur furia est omni pulchro comes illa labori

Omnia quæ rabido carpere dente solet?

Te quoq; traducit, namq; impedit ardua liuor

Inuidet & meritis luridus ille tuis.

Non caret inuidia quidquid uicinior æther

Afficit, abiectis sibila nullus nocent.

Epiphœnema.

πάθος.

Vis inuidie.

Anrorans

AD DUCEM IULIACEN.

Auroram ut nebulæ, solemq; sequuntur ut umbræ

Inuidia sic sequitur non nisi summa, lues,
Semper bella gerunt, & mutua uulnera miscent

Inuidia & meritis mens generosa suis,
Illa sed ut nunquam seu superare furore

Vincere sic uictrix hæc ratione potest.

At tu macte tua pietate & robore princeps

Quo pestem hanc animo vincere possis, habet
Serua iniuste animos, contraq; audentior ito,

Quod facis, ad cœlum querere perge uiam,
Inuidiam ingenuæ perimit constantia mentis

Non alia hoc melius tollitur arte malum.
Perge animo tanto, certoq; insiste labori,

Nulla nisi euicta fama labore uenit,
Nulla quies aliquo nisi parta labore paratur

Ardua præcipiti laus adeunda uia est,
Ingenuos animos Deus adiuuat, odit inertes,
d'gwtæ. Ignarum sequitur gloria nulla uirum.

Materiem ex ipsis cogetur carpere dumis

Quem iuuat è placitis facta corona rosis.

Qui ueram ad se etas laudato è nomine famam

Non tibi per somnos illa petenda uenit.

Per uaria Alcidæ grassandum monstra fuisse

Tu quoq; tot uatum carmine teste legis.

Dulce tamen precium tanti tulit ille laboris,

Et meruit superos inter habere locum.

Tu quoq;

VIRTUTIS EPISTOLA.

Tu quoq; te certis Gulielme resistere fatis
Per casus aliquos esse necesse scias,
Te quoq; per quedam grassari monstra necesse est
Militia cultor si cupis esse meæ. *

Aurea cum primos formarent sæcula mores
Non labor ad cœlum sollicitabat iter,
Sponte sua populus recti tendebat ad usum
Non urgente metu, sed probitate pius,
Numinis haud aliqua superi grauitate retenti
Errabant terris, par erat omnis honos,
Sepe aliquis platani tremula frondentis in umbra
Cum socia sumpsit prandia plebe Deus,
Sponte sequebatur mea tum uestigia uulgas
Me sola quod nunc utilitate probat,
Libera tunc multi meruere per otia cœlum,
Simplicitas superum digna fauore fuit,
At simul ac facite succedit durior æras

Inq; odium est recti uersus honoris amor,
Cum cessere Fides, Pietas, Pax, Gratia, Honestas,
Et subiere doli, belli, rapina, scelus,
Cum maior numerus uitiorum odiumq; Deorum
Ultra etiam nimis cooperat ire uiam,
Cessimus, & superas Diui repetiuimus arces,
Hic teneo summo proxima regna polo.
Manserunt terræ pestes patriamq; tuentes
Nunc quoq; ne redeant numina nostra, cauet. stes.

Aureum
sæculum.

Dijis à cō
mertio
mortaliū
fugienti
bus suc
cesserunt
scelerata
aliae pea

Quam

AD REGEM ANGLIAE

Q^{ui}m & præcludunt omnes ad sydera cursus

Terreno cœlum ne quis ab orbe petat,

Hic prima ante alias liuentem turbida uultum

Pestes Inuidia, aérias excubat ante plagas,
uiam ad Parte alia rabidum foedata calumnia rictum

uirtutem Ad nos securas non sinit esse vias.

impedient Precipue ambrosia faciem fucata uoluptas
tes. Impedit hic omnes ingeniosa uiae.

Tanta hominum in pœnas his est concessa potest.

Quas nisi ui superet, sydera nemo subit.

At quibus aérias natura benignior auræ

Ad bona uirtutis concipienda dedit,

Hos superi instigant, animisq; audacibus armant,

Vt ponant merito iusta trophyæ solo.

Tu quoq; nate tuis cœlum descendere factis

Fortiter exitio talia monstra dabis.

Non tamen hic opus est Nemeæ et robore clausa

Vincere non armis, sed ratione potes.

Lau^s à Est tibi sitq; precor, patrij cupidißima coeli

modera. Atq; inter dotes mens generosa suæ,

tione ac Quo propius cursu sublimem labitur axem

temperan. Hoc Sol admissos lentius urget equos,

tid. Tu quoq; fortunæ quo duceris altius aura

Lenior hoc animi uis generosa tui est.

Prodiga nec pigras consumens alca noctes

Attenuat fisci uiscera iusta tui.

N^o 8

VIRTUTIS EPISTOLA.

Nec Venus iustis stimulat tua pectora flammis,
Huius & Ebrietas ignis in igne comes.
Germano hoc tanquam mirandum in principe laudo
Quod tua ad hoc tempus sobria uita fuit.
Nec tam dulce tibi quisquam blanditur amicus
Vi plus quam iusta pro ratione bibas.
In nunc Aegypti reges a munere Bachi
Ingenuas mentes abstinuisse reser.
Et cum te tanto fortuna amplexa fauore
Diuinijs mulos eleuet ante Duces,
Sic tamen imperij iustas morteraris habendas,
Conaris patriæ sic amen esse pius,
Ciubus ut malis dare ius cumulantibus aurum
Diuinijs populos quam superare tuos.
Nec leuis ambitio, nec te tua gaudia perdunt,
Non animus luxu diffundit iste tuus.
Hei mihi quos reges, quæ regna immania fregit
Quos populos uita sustulit ista lues.
Non tantum exangues Titania fascinat arius,
Viribus haud tantum Marsa uenena nocent,
Quantum animi uires eneruat blanda uoluptas
Vincere uis animum, quem nequit, illa potest.
Tu tamen affectus cum sic modereris, & illam
Quod facis, iniuncta uincere mente pores.
Hei nimium patriæ male prospicit ille saluti
Qui seruus uitiijs sustinet esse suis,

A D DVCEM I V L I A C E N.

Qui natus patriæ pro libertate tuenda est,
Liber ab his morbis debet abesse procul.
Omne iugum turpe est, seruire affectibus autem
Tam turpe, ut possit turpius esse nihil.
Hoc ut seruitum procul effugisse licet
Tot sibi conscientiam sponte tulere necem.
Tu melius, Virtute tua uria ista repellis,
Crede mihi, hic melius nulla medela facit.
Nec glubit damnosa tuos exactio ciues,
Nec legit iniustas census avarus opes,
Sed pietate tua SPARTA M quam nactus es ornata,
O quantum est partis posse praesesse bonis.
Magna quidem laus est, aliquid uirtute parare,
Non minor est partum posse tenere decus.
Sic magis adserta laudatur ab urbe Camillus,
Quam tantum extirxit qui prius autor opus.
A iustitia Nec sic edictis nec legibus obruiis urbes,
De nimia ut possit patria mole queri.
Optima non multas numerat res publica leges
Flectitur ad mores Principis illa sui.
Si bonus est princeps, onerosa est copia legum,
Ciibus exemplum debet is esse suis.
Nam iorū à summo dependet principe uulgus,
Quod facit hic, illud non sibi turpe putat.
Nec leges terrere tuæ, nec iura minari,
Sed magis incertos præmonuisse solent,

Quid

VIRTVTIS EPISTOLA.

Quas ubi quis uiolat, sic castigatur, ut ipse
Suppicio dignum se grauiore putet,
Non tamen indulgent, nec parcunt sotibus illis,
Sed ius consuerunt reddere cuique suum.

Vidimus hoc nuper iustumque probauimus iram,

Et laudem imperij duximus esse tui,

Cum tua iuratos domuit prudentia Grachos,

Qui patriæ autores seditionis erant,

Martia quod faciens testatum Geldria laudat,

Quæ te, non alio, uult superesse, Duce.

Est tibi si quis precor generoso in pectore robur

Quod uis fortunæ frangere nulla potest.

Rebus in aduersis sperare, timere secundis,

Forutcr & sortem uncere ut ranque potes.

Iam quo synceræ flagres pietatis amore

Dexteritas animi detegit ista tui.

Tantæ animi possunt nulli contingere dotes

Syncero metuit qui nisi corde Deum.

Ite procul ueteres reges, procul ite prophani,

Hei quantum est animum principis esse piuum. ee

Impius est princeps Sathanæ præsentis imago,

Qui pius est, ueri est altera forma Dei,

Omnibus hic prodeesse cupid, nocet omnibus ille,

Hic pater est, patriæ pestis at ille suæ,

Præuius hic secum ciues ad sydera ducit,

Ille uiam populis ad Phlegetonta facit.

A fortitudine.

A pietate

Collatio
boni &
mali prin-
cipis.

AD DVCEM IULIACEN.

In populum à iusto sic principe commoda manant,
 Ut fluit à uiuo fonte salubris oqua,
In populum à fœdo scelera omnia principe manant
 Perpetuum ut uiuo uirus ab angue fluit.
Ille nec adfectu rapitur, nec motibus ardet,
 Temperat imperium sed ratione suum,
Hic riuit, ut fræsto, diffunditur aggere torrens,
 Proq; suo arbitrio que libet, illa facit.
A tu quando animis quando alto pectore tam us
 Vix habes aliquem lux Gulielme parcm,
Hac ratione tuos ibis munitus in hostes,
 Qui cup' un' nosfr'is impedij te uis,
Hoc animo invictus facile omnia monstra domabis
 Quæsta tibi indignans de quibus ante fui,
Hoc animo Heroes equabis honoribus omnes
 Laudibus eternis qui meruere cani.
Sed neq; nunc mens est iustas tibi condere laudes,
 Aonijs restat uatibus iste labor.
Nec decet ut natum commendet gratia matris,
 Quæ uenit externè laus ea digna uenit.
Te monuisse uelim, si sit monuisse parentis,
 Hei te quam tota diligo mente parens.
Querela Aspice prostratæ dubium pieratis honorem
de statu Pertinet ad curas hæc quoq; cura tuas,
adflictæ Aspice ut adflictis mutilata Ecclesia membris
Ecclesiæ Lugeat, heu luctus quando habitura modum?
 Nec

VIRTUTIS EPISTOLA.

Nec satis adfliciam crebras iterare querelas

Insuper immendo carcere uincta iacet.

Carcere uincta iacet, captiuam detinet error,

Hei mihi, quas uires iste Tyrannus habet,

Vix bene diuino Christi doctrina sauore

Exulit e tenebris eru a dulce caput,

Iamq; etiam externas auja emigrare per oras

Spem multam fructus præbet amica sui,

Nescio quis, propè sed dixi, spontaneus error

Impedit, & porrò tutius ire uerat.

Ille atra inuoluens lœuas caligine mentes

Pontificum ac Regum pectora cæca facit,

Vt non tantum ullam nolint agnoscere Christi

Vcrum etiam studeant ui prohibere fidem.

Iam ferrum & cedes, iam prælia dira minantur,

Nec fas est uera de pietate loqui.

Hic opus auxilio meliora uidentis, & eius

Iudicium cuius plus ualuisset, erat.

Hic uestrum fuerat certas adferre medelas

Custodes populi quos iubet esse Deus.

Omnis ab æterna concessa est mente potestas

Vt populis ueram monstret ad astra uiuam.

Vt populis seruent diuini oracula uerbi

Pertinet ad summos prima ea cura Duces.

Quatenus est Princeps, ueram defendere debet

Ardua que cœli ducit ad astra fidem.

Malitia
quorum
dam Pon
tificum.

Primariū
Principis
officium.

AD DVCEM IVLIACEN.

Demus at hoc fatis, diuine demus et iræ,
Quod nunc quisq; ruant in sua fata Duces.
Tu melius bona uera uides, dux optime, debes
Et potes hic populis consuluisse tuis.

Ad hōrā Consule prolapso morto pietatis honori,
tatio. Et ueram iuicta suscipe mente fidem.
Ducat in exemplum Friderici cura Ioannis,

Ab exem- Qui tenet iuicta Saxona sceptrā manū,
plo Ioan. Cui nunc Arctoo fauor adstipulatur in orbe,
Frid. Du- Mox oriens etiam totus amicus erit,
cis **Saxo-** Cui tua fœlici cœli soror omīne nupsit,
nīe **defen-** Iuliados gentis grande Sibylla decus.
soris **fi-** Non timet ille minas, non effugit ille tyrannos,
dei. Omnia magnanima mente pericla subit,

Dum uera iuicti propagat dogmata Verbi,
Adserit et fidei saluificantis opus,
Non est in supera princeps hoc notior aula
Longius o terris utilis esse queat.

Quid tamen hac refert longo sermone monere?
Non eget hortatu mens tua tanta meo.

Tempore res fiunt, nulla est properatio fœlix,
Annus maturat non fata cultus ager,
Tempore nodosam tollit medicina podagram,
Et formidatis auxilatur aquis.

Tempore curantur perplexa negocia rerum,
Hoc secum vires consiliumq; trahit.

Tu quoq;

VIRTUTIS EPISTOLA.

Tu quoque tam magne seruabis idonea cause
Tempora consilijs et magis apta tuis.

Promittit celebres de te spes maxima laudes

Non nisi frustrari turpiter ista potest.

Ergo aliquis paucos post haec, sic auguror, annos

Virtutis

uaticinii

de Duce

Gulielmo

Cum tua magniloquus facta Poëta canet,

Vt non maius opus toto celebratur in orbe

Sic hoc in primis laude per astra feret,

Dogmata quod fidei primus syncera tuorum

Dicaris populis adseruisse tuis.

Inde tibi statuas, inde alta trophya locabit

Perpetuo meritis patria grata tuis,

Inde secundabit fausto cœpta omnia cursu,

Et dabit auxilium, regnaque lata Deus,

In tua vicinae plaudent præconia gentes

Cantabit laudes virque puerque tuas,

Quam late decorant opulentum carbasa Scaldini

Quam late patrias Mosa uolutat aquas,

Quam late riguus quatit aurea littora Rhenus,

Vno te nemo Principe maior erit.

Perge Dei iussu diuinum agnoscere uerbum

In celo precium muneris huius habes.

Et locus aerij super ardua climata coeli

Qua uenit Aeolis Cynthius ortus aquis

Ilic nec nebulæ, nec agentes frigora uenti,

Lucida nitalem temperat aura plagam,

Præmia


piorum

Princi-

pum.

Sedes bea-

torum.



Nulla

AD DUCEM IVLIACEN.

Nulla ibi nox atris unquam circumvolat umbris
Semper ibi lux est, semper amica dies.

Vernant Ambrosidos viridaria germine plantæ,
Aërius dulci rore madescit ager,

Illic perpetui pulcherrima temporis atq;
Vocibus angelicis omnia plena sonant.

Qui mala pro Christo cœlum meruere ferendo
Hæc loca victores turba beata colunt,

Huc etiam uenies diuini adserior honoris,
Proq; fide adserita præma iusta seres,

Obuia procedet regum tibi turba piorum,
Qui pia pro uera bella tulere fide.

Cōstanti. Hic primus ualilis tibi Constantinus in armis
ni pietas. Oscula cum multo grata fauore dabit,

Qui sibi res gestas Christi præferre iubebat
Exemplo ut populos cogeret esse pios,

Fudit & iniecto geniles Mare tyrannos,
Aedidit & sumptu biblia sacra suo,

Gratia = Quiq; fidem est fassus, dederat cui Gratia nomen,
nus. Cui necis infidus causa minister erat,

Theodo = Deq; statu fidei qui plus quam mortis agone
fius. Anxius, e uuis cum r. peretur, erat,

Carolus Quiq; una Cœsar pugnans cum gente tot annos
Magnus. Maxima pro Christi nomine bella tulit,

Atq; alij Heroes, circumq; heroas ouantes
Turba coronatas condecorata comas.

Tunc

VIRTVTIS EPISTOLA.

Tum primum summis tua facta uidebis ab astris
Gaudebisq; tua te pietate frui.
Talia scribentem subito interturbat, & ultiro
Increpat, Ambrosia tempora uinctus Hymen,
Utq; tuæ firmem connubia sancta sororis
Lætitiae blando nuncius ore monet.
Anxius expectat Rex nupiam Octauus Annam
Et querulo tardas increpat ore moras,
Illa sed optati, nisi te duce, fœdera lecti
Legit mis numeris posse coire negat.
Sic ait: Angliacas ego nunc delabor ad arces,
Extollet patria quas tua laude soror,
Cetera per famulas consueto more loquemur,
Interea ut possis strenuus esse, uale.

FINIS.

d 5 AD

AD SERENISSI-
MAM AC ILLVSTRISS. DOMI-
nam, D. ANNAM, Reginam Anglie,
Ducem Iulie, Geldrie, Clewie, ac
Bergie &c. IOANNIS
STIGELII Epis.
grammatum
liber.

AD LIBRVM.

I Liber, illustrem sed non nisi liber ad Annam,
Anglica qua maius non uidet aula decus,
Quae uirtute sua cunctas Heroidas & equat
Temporis esse sui que meruere decus,
Veneris ad Thanyfin, Londini & nobilis arces
Aut ubicunq; illi regia sedes erit,
Protinus ad Dominan nullo prohibente uolato
Hecq; illi posito uerba timore refer.
Hec tibi, qui dites pro te bis missus ad Anglos
Multa tulit terris, multa pericla mari
Scripta uias inter, terris meditatus, & undis,
Dedicat, ut fidei pignora prima sue.
Talia dicentem, qua mansuetudine pollet,
Excipiet placida protinus illa manu.
I liber, & posito supera freta salsa timore
Penè bis autori naufraga facta tuo,

Tutamen

LIBER EPIGRAM.

Tu famen ad tantam properans Heroida, casus
Omnes, ipsa etiam spernere fata potes.

AD ANNAM REGINAM ANGLIAE &c.

ANNA tuos animi que uincis dotibus annos
Perpetuo uatum carmine digna cani,
Cum tam blanda tuam commendet gratia formam
Cum uernet lingue gratia tanta tuae,
Pœmina cum non sit pietatis amantior usquam,
Cum superet mores nulla puella tuos,
Hec tibi gratantes posuerunt disticha Musæ
Et Charitum Musis semper amica trias.
Vive sine inuidia, longa dignissima uita,
Lux ingens generis Iulias ANNA tui.
Exagitet sauis illum Rhamnusia fatis
Qui tibi cunq; aliqua parte nocere cupit.

AD THOMAM MORA sinum, regium Cubicularium.

Integer ingenio, uernantibus integer annis
Palladis & Phœbi mi Morasine decus,
Qui siue eloquium numerosam includis in artem
Et canis im certos uerba redacta pedes,

Sen

AD ANNAM REG. ANGL.

Seu Ciceronæo depingis uerba colore
Spem plenam certæ posteritatis habes,
Si legis ad sanctas que scripsi carmina tædas
Adserere iudicio qualia cunctæ tuo,
Non hæc arborea me ludere uidet in umbra
Ad numeros resonans Daulias ulla meos,
Non hic ingenium pictorum gratia florum
Nec facies blandæ garrula mouit aquæ,
Per iuga cattorum, per strictum frigore Rhenum
Per freta dum facio cærula tristis ijer,
Tempore non iusto medie sub frigore brumæ
Talia me uester scribere cogit honor.
Quæ dum forte leges, quam sunt hæc frigida dices,
Frigida sunt fæcior, frigida fecit hyems.
Non tamen usque adeò poterunt frigere uideri
Si tuus hæc foucat qualia cunctæ fauor.
Temporis ergo breui quæ scribi angustia passa est
Quæso tuo, coram rege, fauore uiues,
Sic tua, quod faciunt, facundæ pectora Muse
Humida Castalio tota liquore rigent.

AD IOANNEM CAESA^RUM, COLONIÆ.

Magna quidem res est animos cognoscere scriptis
Vnde uel absentium pectora iungit amor,
Præsentes

LIBER EPIGRAM.

Præsen^tes tamen est maior uidiſſe uoluptas
Et corām alloquio posse iuuant̄ frui,
Hoc licuisse minus mihi emporē nuper Erasmi
Tristis adhuc animo non superante queror.
Non sc̄is ergo tu^e contentus imagine mentis
Facta est è scriptis que mihi nota tuis,
Vi fruerer uuln̄, præsentis ut ora uiderem
Huc non difficult̄ ceduit ire uia.
Fallor: an agn̄scis cupido uementis amorem
Dicis & hoc animo tu quoq; noster eris,
Hoc cupit Aonilum meritissima fama Melanthon
Quo non maius habet Castalis unda decus,
Hoc cupit Acilius quo non mihi carior alter
Quem tibi non ficto fœdere iunxit amor.
Sed tua quæ pietas tua quæ rectissima mens est
Iam purō amicitiae das mihi iura tu^e,
Que si impetrāro, forsan memorabitur olim
Cesarium Musæ non puduisse meæ.

AD PHILIPP. MELANTH.

Ni tamen ista fluant̄ fluere omnia nostra negabis,
Ista manus me dijs uida peregit aquis,
Puppe sedens mœstus uentis disiactor & undis
Et uideo faci stamina nulla mei,
Dumq; loqui possum, dum non os clauditur undis,
Dum nondum poto mergitur amne caput,

AD ANNAM REG. ANGL.

Nil aliud nisi pura Deo per uota uocato
Quām procul hinc dico nobilis Albis abest?
Spe duce scribo tamen, quæ uos legeretis ad Albim
Si mea clausissim fata uolente Deo.
Dumq; noto chartis, chartis illiditur unda,
Et fluere hoc cogit quod tamen aret opus.
Viue diu Aonidum iustissima fama McLanthoni
O corām liceat dicere, uiue diu.

AD D. IVSTVM IONAM.

Quot uel Aristorides oculos, uel Creta quot urbes
Vel Briareus fertur, quot tenuisse manus,
Per tot iter feci Germanis milia campis
Dum fines adeo Gallia magna tuos,
Nec minus Idæam mecum circumfero Iona
Illa animi certe est sarcina grata mei,
Illa mihi ignotas comes est iucunda per oras
Et leuat immensæ tædia longa uiae,
Illa animi ualidis adeò radicibus heret
Euelli ut nullo robore mota queat,
Iam mihi surripiant caput à ceruice lairones
Illa comes mentis non morientis erit.
Te quoq; cura tui teneat par Iona Poëtæ
Sic nemo eloquium uincat ubiq; tuum,
Sic tibi formosæ purissima pectora natæ
Nestoreos numerent cum genitrice dies,
Impletat

LIBER EPIGRAM.

Impleat à teneris quam spem promittit Ionas,
In spem coniugij uiuat Elyssa mei.

AD ANNAM REGINAM ANGLIAE &c.

Dum Regina tua uentosa per æquora causa
Bis notas iterum remige carpo uias,
Tertia collisis tempestas sæuit undis
Ter præsens oculos mors fuit ante meos,
At Deus incolumem sæuis euadere uentis
Et uoluit læto littus adire pede.
Hoc ego uix ausim pietati adscribere nostræ,
Quæ meruit pietas tam bona fata, tua est.

AD FRANCISCVM BVRGRATVM

Principis Electoris Sax. Cancellarium,
Et ad regem Anglie Legatum.

Nate sacro sancto regum Francisci fauori,
Perpetuis animi nobilitate bonis,
Qui quoties soluis docte blanda organa lingua
Tincta Periclo uerba lepore facis,
Ceperis Arctoum quali dulcedine regem
Fortis abhuc memori Sarmata mente tenet,
Nec tua Cœruleum laus ignoratur ad Istrum
Qua iacet Austriae magna Vienna plagiis,

Vidimus

AD ANNAM REG. ANGL.

Vidimus ut regem capiat tua lingua Britannum
At tam en eloquio non minus ille ualeat,
Hæc persuasit, amans ignotam ut duceret Annam
Causaq; u' ignoto naberet Anna, fuit.
Hæc mediane Deo, coniunxit amoribus illos
De quibus est animis spes data magna pjs.
Cum tanta efficias, qualem sibi Tullius optat
Rhetor a te Rhei or quis neget esse bonum?

AD INCLYTVM HENRICVM
Octauum Angliæ & Franciæ Regem.

Exulat ingrato patiens hoc emporie CHRISTVS
Confectus macie, tabe, dolore, fame,
Pontificumq; nephias, sœuamq; Tyrannida questus
Ne s' i dilaniens uiscera, poscit opem,
Poscit opem frustra, nec sunt qui talia curent
Omnes hic iurdis auribus esse iuuat,
Quin etiam huic quidam minicantur uicula Tyranni
Sœuamq; crudeli toxica fraude parant,
Hunc attollere humo, ueroq; agnosce, e culta
Officium ucri nobile regis erat.

DE REGINA.

Regina inspiciens oculos Dea Mænalis Anne
Hic habitant, inquit, gratia, forma, pudor.
AD

LIBER EPIGRAM.

AD CLARISSIMVM VIRVM

Dominū Thomam Cromuellū regni

Anglicani Cancellarium.

Et quæ digna sacris referenda est gratia Musis
Quæ tantum patriæ te peperere decus,
Anglica quo floret respublica lœta patrono,
Quo nil post regem patria maius habet,
Ingenio Cromuelle potens, comes intime regis,
Quē uocat ex merito terra Britanna patrem.
Cum tua tot sanctis sint atria picta figuris
Cum decorent postes tot monumenta tuos,
E quibus elucet ueri doctrina LVTHERI,
Et Sathanæ pariter Pontificumq; scelus,
Te satis ostendis nostris quoq; partibus æquum
Qui sumus adflictam turba professa fidem.
Nec dubito, tanto quod pridem nomine debes,
Quod cupias animis consuluisse pijs,
Quod cupis, & debes, ut possis nulla relicta est
Inter tot reprobos spes tibi Pontifices,
Consule ut inuisos Christo rex exigat hostes
Quid tot sacrificis Anglia pressa gemit?
Qui glutiunt urbes, populi qui uiscera fugunt
Ut uitæ cursum luxuriantis alant,
Qui sacra consulto uiolantes dogmata Christi
Arbitrio miscent phasq; nephæsq; suo.

AD ANNAM REG. ANGL.

His purgare Dei domicilia pestibus, ipsi
Præcipue res est officiosa Deo,
Hoc erat illius, quem patria terra patronum
Hoc erat illius quem uocat illa patrem.

AD IMPIOS EPISCOPOS Angliæ.

At uos Baalis affecclæ, Mystæ impij
Ecclesiæ, populiq; pestes simplicis
Et Anglicani tincæ palatijs,
Qui uos uocatis arroganter optimi
Seruos Dei, cum seruiatis Dæmoni;
Qui nil habetis, pertinere quod queat
Ad adiuuandam Ecclesiæ adflictæ statum,
Præter speciosam fictionem nominis,
Qui dum genio indulgetis, & lœuem cutem
Curatis, & uentres carentes auribus,
Luxuq; diffluitis pigri Sybaritico,
Nil quidquam habetis pensi, & haud attenditis
Quid quisq; pro statu salutis optimus
Suspiret ac gemat. quin pro libidine
Vestræ uenda, & horrida petulantia
Consilia credulo datis regi impia,
Et impijs adfligitis populos minis,
Quid ô miseri, quid respondebitis Deo?
Quo uestra prætextu scelera hæc uelabitis?

Quando

LIBER EPIGRAM.

Quando ultimam sententiam feret Deus,
Illud Prophetæ quando comprobabitur,
Hcu destinatos inferis, heu perditos,
Qui subditis leges iniquas conditis
Heu perditos, qui dicitis malum bonum.

AD PIOS PONTIFICES ET Sacerdotes Angliae.

Parcite Pontifices, sacrati parcite Mystæ
Vera quibus cordi est, debet ut esse, fides
Carmine taxamus, sed non reprehendimus omnes
Nonnullos etiam nouimus esse bonos,
Ignoscant nobis qui dogmata uera uerentur,
Qui cupiunt lapsam restituisse fidem,
Hos tolli cupimus, fata his aduersa precamur
Ob solum luxum quos iuuat esse malos,
Impia Romano qui dedita turba Tyranno
Consulto violant dogmata uera Dei,
Hos Christo insensos hostiliter odimus hostes,
Hoc odium gratum nouimus esse Deo.

IN NUPTIAS ANNAE REGI-

næ Angliae &c.

Quæ Dea? diua Venus. q̄ sunt hæc numina? Muse,
Quis puer hic? Hymē est, q̄s puer alter? Amor.

AD ANNAM REG. ANGL:

Quæ trias hæc? Charitū. q̄ garrula turba? lepores.
Quæ comes hæc? Suada ē. q̄ altera turba? Lytæ.
Quæ Nymphæ Pythica redimitæ fronde? Britanniæ.
Quæ redimitæ hederis? Rhenidas esse puto.
Quo properant? sanctæ celebratum gaudia lucis
Inclyta qua regi iungitur ANNA uiro.
Sed cur subducit blandæ se Cypria turbæ?
Legitimum ut uirtus fanciat ipsa torum.

DE ANNA REGINA ANGLIAE.

Formosam aspiciens nuper Deus aliger ANNAM
Virgula contorto quem decet angue potens
Non ait hic formam certantū damno Dcarum,
Hoc tamen ingenuo cogar ut ore loquar,
Valle sub Idæa post tres si quarta fuisses,
Nunquam certassent Iuno, Diana, Venus.

AD GVLIELMVM MVTZA genum hospitem suum.

Hospes ab Alcinoo qualis discessit Vlysses
Per sua cæruleis fata coactus aquis,
Principis externas iussu mittendus in oras
A teatis abeo talis & ipse thus,

IN HUIC

LIBER EPIGRAM.

In numerum nuper Gulielme recepte meorum

Quam cupiam tecum uiuere, & esse diu-

Hei quantum est una uersari semper amicos,

Est dolor adsuetis grandis abire locis.

Vt tamen hic subitus casus dissoluat amicos

Tu mihi ceu præsens semper amicus eris,

Cum deerunt gelido naues & flumina Rheno,

Dicar amicitie non meminisse tuæ.

Tu quoq; STIGELIVM simili complexus amore

Sepe mihi dicas sis ubi cunq; uale.

Sic numeres casta multos è coniuge natos

Et uideas uitæ tempora longa tuæ.

AD PHILIPP. MELANTH.

Aequoris horrendi medijs dum iactor in undis

Aspergiq; imis conspicor astra uadis,

O quoties dixi, quantum est audire PHILIPPVM.

Otiq; Albiacæ uiuere docta scholæ,

Hunc quoq; deuoui quicunq; per æquora primus

Est ausus rapidis credere uela notis,

Dumq; loquor, surgens fluctus damnantis in ore

Obruit incatum cana procella caput,

Vix bene respiras, diuinæ numina mentis

Ex ui mirandæ metior udus aquæ,

Quæ dum mente ima, memori dum colligo sensu,

Me uideo nullo tempore posse mori.

AD ANNAM REG. ANGL.

*Cur ita? sic uoluit quæ me mens prima creauit
Sic meruit pro mc uindice CHRISTVS ope.
Ergo omnes redeunte fugans à sanguine curas
Inuia iactando per uada fortis eo,
Et quasi sim tecum præsens, dilecte Melanthon
Commemoro medijs hæc tibi lætus aquis.
Det Deus, ut coram, quod mox confido futurum
De Ponto liceat plura fremente loqui.*

AD GEORGIVM AEMI-
LIVM.

*Dum te scena tegit constructa uirentibus herbis
Fonte suburbanæ dum releuaris aquæ,
Dum canis ad ripas socio tua carmina Cordo
Pæonias herbas dum legit ille tibi,
Dumq; tibi ridet lætis Anagallis in hortis
Et iucunda tuos implet amica finis,
Me uidet ignotis errantem Gallia campis
Tempore quo siccus cancer adurit agros,
Cærula me rapidi sulcantem marmora Ponti
In medio æstatis tempore iactat hyems,
Atq; illic fraudes peregrinæ discere linguae
Cogor, & inuisis moribus apta loqui,
Hic uim sentinæ, & Zopissæ ferre fluorem,
Et uomere ad socias nocte dieq; uices,*

Immunit

LIBER EPIGRAM.

Immundasq; pigro cochleas prandere palato
Et bibere undantis disco fluentia sali.
E medijs igit: ur tibi significanda procellis
Et tremula & madida scripsimus ista manu.
Carmina forte tili poterunt fluere ista uideri,
Hei mihi quam mallem scribere sicca domi.

AD BERNHARDVM FRI- sium Groningensem.

Hospes Amisiados dum littora missus ad undas
Erro paludosis per loca plena uadis,
Vindice Romanos ubi fudit Marte cohortes
Qui patriam Vari cæde redemit humum,
Iam totiens priisci suspirio ad moenia Gruni
Exoptoq; tuos hospes adire Lares.
Ne tamen accedant cupidis sua pondera uotis
Publica, qua fungor non mea causa, facit,
At tu nunquid adhuc Musarum amplexibus hæres
An decus Aonij desinis esse chori?
Dij melius, nam tu sacras si deseris artes
Iacturam Aonidum tota palæstra facit.
Iam Musis Graijs, Musis comitata Latinis
Serua tibi e medio spes Helycone legit,
Fallere tam fida ratione iuuare uolentem
Res odio Phœbi digna dolentis crit.

AD ANNAM REG. ANGL.

IN MARTIALEM.

Vitam quæ faciunt beatorem
Nugaciſime Martialis, hæc ſunt :
Peccati agnitus, pauorq; cordis,
Erroris dolor, alta pœnitudo,
Sola & ſaluificæ fides salutis.

Nam quicunq; fide nutante nusquam
Adprendit penitus, quod ipſe CHRISTVS
Humanam induerit Deus figuram,
Et nobis misericq; perditisq;
Morti ſupplicioq; destinatis
Amiffam uitio labantis Adæ
Aeternam reparauerit ſalutem,
Ille inter meruit beatiores
Heroas statui, fruiq; cœlo.
Sunt hæc barbara uerba forſan inquis,
Nec ſic ſunt ſoliti loqui Quirites.
Vitam quæ faciunt beatorem
Nugaciſime Martialis, hæc ſunt.

DE NVPTIIS ANNAE IV^e

liacensis, Reginae Anglie.

Leta ferēs cestum formosam Cypris ad ANNAM
Hoc tibi ſit firmi munus amoris ait.

Accurrit

LIBER EPIGRAM.

Accurrit pietas, fœdi fuge mater amoris
Hic thalamo inuitus me duce stabit amor,
Dixit, & adprensam sacras ut duxit ad aras
Viue ait ô Regis sponsa, ministra Dei.
His quantum auspicijs horum spem creditis auctam
Pro uera faciunt qui pia uota fide?

IN ARCEM REGIS ANGLIAE,

cui nomen Hamphencurt.

Aurea laudantur priscaæ domicilia Romæ,
Prisca suæ nimium gloria tollit opes,
Sit sanè ueteri sua magnificientia Romæ
Hanc unam debent sæcula nostra loqui.

IN EANDEM.

Quid tamen hic oculos nunquam faciamus amici?
Mille oculi hic semper quod tueantur habent,
Aurea magnifici cedant tabulata Neronis,
Et cedat Caÿ Cesaris alta domus,
Ilorum ut cultam uicerunt atria Romam,
Europæ superat sic decus ista domus.

IN EANDEM.

Quanta fides sit Roma tuis adhibenda theatris
Nescio, que uideo credere penè piget,

c s vſg

AD ANNAM REG. ANGL.

Vsq; adeò ultra omne ingenium conamur, & artem
In medio cœlos ædificare solo.
Hec quicunq; uidet regis monumenta Britanni
Humanas dubitat talia posse manus.

DE CYGNIS IN THA- NYSI.

Cœrula per Thanyssis fugientem flumina ceruum
Dum sequitur celeri casta Diana pede,
Protinus attoniti fugiunt ad littora cygni,
Sentit, & hoc diuam Cynthius ore uocat.
Parce meos terrere canum clamore uolucres
Quos ego pro Henrici nomine regis alo.
Paruit, adsuetas illi rediere sub undas
Pangentes patriæ carmina blanda suæ.
Inlyte Rex Phœbo sacratos respice uates
Parnasso ex toto nil negat ille tibi.

AD POLIDORVM VIR- GILIVM.

Te pridem totam quero Polidore per urbem
Ut fruar aspectu colloquioq; tuo,
Non tamen inuenio, nec sunt qui dicere possint
Qua iaceant ædes in regione tue.

Aurea

LIBER EPIGRAM.

Aurea tam magnas haud sœcula suspicor urbes
Contigas animis sed coluisse domos,
Patria tunc omnes uicinia nouit amicos
Non orbis magna tantus in urbe fuit.
Mille sacerdotes de te mihi multa roganti
Ut satis acciperem non potuere loqui.
Si quot habet mystas, tot haberet et Anglia doctos,
Clarior in terris natio nulla foret.
Hæc tamen allapo conscendens Rheumate nauem
Effudi, subita uix bene scripta manu,
Testatum ut facerem lecturis forsitan olim,
Notitiam frustra me petiisse tuam.

AD SOCIOS E NAVI.

Qui maris horrendi medijs iactaris in undis
Et nisi cum ponto sydera sola uides,
Stulte quid amissis mittis suspiria terris
Quid toties casum flesq; dolesq; tuum?
Quid gemis in patriam? conuexum suspicere cœlum,
Iam terræ oblitus, iam maris huius eris,
Fide Deo, quisquis mundi hoc in carcere uiuis
Non natura tibi tota quod ob sit habet.

IN STEPHANVM DOLETVM

GALLVM.

Germanos nimis impie lacebit

Vates

AD ANNAM REG. ANGL.

Vates ille dolendus, ac dolandus,
Et flendus Clarijs Doletus undis.
Dolari cupid, & cupid dolere.

IN EVNDEM.

Ergo sic odijs Dolete natus
Sic ne es conuicijs calumnijsq;
Consutus? cupias ut hinc timeri.
At quantum spolijs tibi reportat
De Desiderio tuus triumphus?
Tantum, ut prodigijs loco putetur
Quod Phœbo paciente adhuc benigne
Integros retines cutem per artus
Nec coruis auidis iaces caddauer.
At qua fpe tamen obstrepis Philippo?
Illi illi omnigenum scientiarum
Edocto, innocuo, pio patrono?
Per fata impero Marfiæq; poenae
Iniustos stimulos tuos reconde,
Incassum gelido litos ueneno.
At ni parueris, tuusq; nobis
Rursum hoc dulce caput furor lacesset
Musarum decus unicum Philippum,
Hei quantos subito dolebis hostes
In te fœdere vindice exoriri.
Te sic fœde dolabimus Dolete,

Te sic

LIBER EPIGRAM.

Te sic excoriabimus Dolete,
Exossabimus, expilabimusq;
Ut lingua hac adeo calumniandi
Docta, & solliciti magistra nasi
Mutescat, rigeatq;, frigeatq;,
Algis frigidior gelu perustis,
Clumis siccior usq; uentilatis.

AD IOANNEM GIGANTEM.

Amate Musis, digne regum gratia,
Et obstinate, & sedulò rogas Gigas,
Quid de Poëtis sentiamus Gallicis,
Paucis habe de paucioribus optime,
De pluribus profectò planè pessime.

AD PETRVM ROGERIVM GALLVM.

Versus ut placeant mihi Doleti
Vis paucis memorem tibi Rogeri,
Et num purior inde castiorq;
Dimittar, nimium rogas iocose.
Nunquam, quod scio, mundior cloacis
Recessi, nisi quando stercorati
Obscuros legerem libros Doleti.

AD

AD ANNAM REG. ANGL.

AD AEDONEM BRITANNUM.

Candida Claudiados laudes uxoris Aëdon
Dicitur ob rarum promeruisse decus,
Rara quidem uerus res est hoc tempore candor
Tu tamen hoc etiam cur celebreris habes.
Te quoq; non sicutus commendat candor Aëdon
Iam taceant dotes sæcula prisca suæ.

AD CLARISSIMUM VIRVM

Doctorem Ioannem Oldenschla=ger, Ducis Iuliacensis
Cancellarium.

En etiam uestris Augustus contigit oris
Quo suis ingenij præside perfet honos,
Sit quoq; Mecœnas, & erunt hinc inde Poëte
Per quos ad cœlum Phœbus utrumq; ferat.
Quid tamen hoc monco, te Mecœnate ualere
Ingenuos uates publica fama canit.
Quare age Cecropie cultor facunde Minerue
Grande decus patriæ, laus utriusq; fori,
Hoc rude, sed scriptum uirtutis nomine carmen
Voce tua Princeps fac præeunte legat,
Sic grato quoties Augustum carmine dicam
Te Mecœnatem pagina nostra canet.

AD

LIBER EPIGRAM.

AD CLARISS. VIRVM

Doct. Conradum Heres-

pachium &c.

Maxima si laus est, ut certe est, arte iuuentam

Ad uitæ mores instituisse pios,

Esse putas quantum? formare in principe mentem

A qua ceu magnum patria pendet onus.

Hanc utramq; tuo laudatio in principe laudem

Officio meritus diceris esse tuo.

Ista Duci quare commendata encomia uestro

Ad laudes spectant non minus illa tuas.

Sic sine Phylliride nunquam memoratur Achilles,

Tantum est ingenuos eruditissime Ducces.

DE AVICVLA D. FRANC.

Burggrati Cancellarij Saxonici,

Psalmos canente,

Corpore non celebris, nec forma nobilis ales

Grata sed ingenij dexteritate sui,

Iessæos numeros & sanctos exprimit hymnos,

Proq; fide implorat supplice uoce Deum.

O tandem aspecta resipiscite lucc Papistæ

Non uos tot frustra prævia signa monent.

Si dolet iniuncti monitus audire LVTHERI,

Cui Synodum toties perfide Papa negat,

At

AD ANNAM REG. ANGL.

At saltrem his numeris fatuas aduertite mentes,
Vos uestrum officium bruta docebit auis.

DE MONACHIS FRAN^z ciscanis.

Lignipedes celebrant dum fratres festa Licei
Dum certant plenos euacuare cados,
Certatim socia dum non sine Laide saltant
Et Veneri laudes ebria turba canunt,
Christiparæ solitos suetam cantare salutem
Quæ iubet, ad socios euocat hora choros.
Incipit ante alios senior, patrioq; tenore
Lassatae Glaphyræ dulcia furtæ canit,
Ebrius ast aliis, titubans pede, corpore languens,
Dum populum sacræ flumine lustrat aquæ
In medio officio rustante uomebat ab ore
Ceu fluum, hyberna qui niue plenus eat,
Morio lustralem cui proximus eripit urnam,
Et cæcam toto flumine fundit anum.
O anus amissa coelo dignissima culpa
Si culpam sacræ copia tollit aque.

DE QVODAM MONACHO.

Per Lunam Monachus gradu citato
Spe feruens auidæ nimis palestre.

sub

LIBER EPIGRAM. CA

Sub sparsa meretriculam cucullam
Gestabat tacitum petens cubile,
Cui quidam emeritus senexq; frater
Et diue ueteranus impudicæ
Fit casu obuius, ac propensa crura
Et mechæ niueos pedes latentis
Agnoscens, quid amice frater, inquit,
Aut quo sic properas, quid autem amabo
Sudans sub tremula geris cucullam?
Mox ille esse sui iugum caballi
Et se eas aliquò parare abire.
At ridet senior dolum, ac facetè,
Mox ephippion hoc reconde dixit.
Si fratres etenim tui uidebunt
Omnes hoc equitare concupiscent.

DE SACERDOTE EBRIO.

Pontificis quidam non ultimus inter alumnos
Mystica deuota dum sacra uoce canit,
Hesternæ crapulae faciente grauedine somnum
Sopitus positos labitur ante Deos,
Excitus à famulo, profit si uerteris, inquit,
Inter coniuias se ratus esse suos.
Quis uos Pontifices famulos neget esse Deorum?
Non alio debet Bachus honore coli.

f AD

AD ANNAM REG. ANGLI

AD ANNAM IVLIACENSEM

Reginam Anglie.

Cum Maia gemitu certamen inbat Apollo

Causa erat ingenij gratia blanda tui,

Iamq; hic Iunoni te prefert, ille Minervae,

Differit in laudes multus uterq; tuas,

Arbiter eligitur studia in contraria Momus,

Iudicium hoc nostrum est ille duobus ait,

Eurynomes natis aut de tribus una facebat

Cū tribus aut certe quarta sit ANNA Charis.

AD CLARISSIMVM VIRVM

Christophorum Montium, Regis Anglie

in Germaniam Legatum.

Reddit a Burgrato nuper tua litera Monti

Illo tota mihi lecta iubente fuit,

Quod tibi amicitiae mecum non contigit usus,

Quo me uestra habuit tempore terra, doles,

Desine, propensum Musis agnosco fauorem,

Hei mihi uix unquam rario illi fuit.

Musa nisi precibus querat blandita fauorem,

Hoc fauet Aonijs tempore rarus aquis.

At tu qui nostras preclare intelligis artes,

Vlro offers animi signa benigna tui.

Gratia magna tibi Musarum nomine Monti,

Tu quoq; Musarum nomine noster eris.

In picturā

LIBER EPIGRAM.
IN PICTVRAM PVELLAE

nudæ, somno & morte
oppressæ.

Somno uicta graui, uirgoq; oblita decoris
Cruribus explicuis, nuda, supina iacet,
Quid rapis incautam mors inuidiosa puellam
Aspice, simplicitas digna fauore fuit.
Hei somnum, hei mortem fraterno iure potentes,
Quam iungunt istas mutua uincula uices.
Hei spes uana hominum, uitæq; incerta uoluptas
Insidias uiuus si quoq; somne struis.

IN EANDEM AD PHI-
LAETAM.

Hanc tibi donamus iucunda Philæta tabellam
Ut reputes formæ munera fluxa tuæ,
Eripit oppressæ somno mors inuida uitam,
Hei quam non tutum uiuimus exilium,
Vnde memor cœli, nec uitæ fide caducæ,
Mors etiam somno sœpe uocante uenit.

DE PHILOTE.

Misit Anaxarcho formosa Philotis amanti
Fasciculum è plumis psittace flave tuis,

AD ANNAM REG. ANGL.

Vtq; sui munus bene commendaret amoris
Adscripsit tali uerba notata sono :
Accepe dilectæ munus formose Philottis,
Sit meus hinc in te collige quantus amor.
Suscipit ille manu grata , figensq; galero
Maxima se fidei pondera ferre putat,
Nuncq; per exædras, foræ, cōpita, prandia, cœnæ,
Nil nisi de sola uerba Philote facit.
Quid præstet Magnes audus, quid ruffus Achates
Sileuis & uolucris talia penna potest ?

IN DOLETVM.

Dum nisi spurcias, dum nil nisi turpia scribis,
Putida dum loqueris præter oleta nihil,
Esse tibi nomen potius debebat oleto,
Nam tua Musa sapit præter oletanihil.

AD GVLIELMV M ENA-
pium Insulanum.

Magnificæ celebres dum laudes colligis aulæ
Depingo laudes principis ipse tui,
Si legis hic dignas Gulielmo principe laudes,
Hoc aulæ laudes esse referre pia.

AD

LIBER EPIGRAM.

AD D. FRANCISCUM

Burggratum.

ANNA suum regem, pulchrā Rex suspicit Annam
Parte ab utraq; fide, vincere certat amor,
Te tanti autorem canit Anglia diues amoris
Eloquioq; agitur gratia multa tuo,
Et tibi se multum debere fatentur amantes
Gratus & officium laudat uterq; tuum.
Quis te non uero Burggrate obseruet amore?
Quem reges etiam demeruisse student.

AD GEORGIVM AEMIA

LIVM.

Georgi Aonidum decus sororum
Si cupis ueterem uidere amicum
Illum STIGELIVM tuum sodalem,
E longa reducem profectione
Qui te semper amauit, ac amabit,
Ad Pauli uenias rogamus aedes,
Lucæ contiguas Cranachiano,
Pingendi artifici alteroq; Apelli.
Si te audire iuuat, iuuat referre
Gallarum cupidos & Anglicarum
Brabantumq; simul puellarum
Amplexus, teneros iocos, amores,

AD ANNAM REG. ANGL.

Risus, murmura, basiationes,
Sed tantum ut uideas tuum sodalem
Qui te nescio quam profectionem
Adornare, nimis dolenter audit,
Huc passu uenias precor citato,
Georgi Aonidum decus sororum.

AD EVSTACHIVM A
Knobelstorff.

Hoc erat ingenui, uirtute acquirere nomen
A qua nobilitas uera parente uenit,
Hoc uirtutis erat caput has efferre per artes
Quæ tibi, quæ patriæ commoda uera ferant.
At tibi sic Clariæ sudanti ad culmina Cyrrhæ
Sit comes inuicto candida fama gradu,
Ut tu nostra tuo dignaris scripta fauore
Et uerè doctis plaudis ad ista modis,
Nam quibus externo reduci grataris ab orbe
Carmina iudicio uiuere digna meo,
Hæc adeo Charites, adeo spirantia Musas
Effluere ex ipso missa Helycone puto.
Ergo te merito gaudebit Prussia uate
Prussia te maius uix habitura decus.
Vine diu Aonijs, iuuenis gratissime Musis,
Vine diu, Aonidum grande future decus.

AD

LIBER EPIGRAM.

AD ANNAM REGI-

nam Angliæ.

Aedimius Arctois dum quedā Epigrammata terris
Inclita quæ thalamis lusimus ANNA tuis,
Quæ de Rege uolans diuulgat fama Britanno
Hei mihi, quam cupiam teste carere fide.
At tu chara Deo, sancti decus ANNA pudoris,
Tractari merita es sic pietate tua?
Fide Deo, pridem patrium tibi præmia cœlum
Parturit, in terris gloria parta tibi est.

AD PHILIPPVM ME-

lanthonem.

Dum laudandus erat, Regem laudauimus Anglum
Si tamen hæc tantum litera laudis habet,
Sic illi uolui C H R I S T I insinuare timorem,
Hei mihi, quam uarium est regibus ingenium.
Si laudandus erit, rursum laudabimus Anglum,
Interea curæ causa sit ista Deo.

AD LECTOREM.

Hæc quicunq; legis, si quis legis, optime lector,
Quæ nunc, quæq; alio tempore scripta dedi,
Non exacta legis, meditatæ carmina Musæ,
Verum ut quæq; animo non operante fluunt.

LIBER EPIG.

Se crucient alij, toto sudante cerebro,

Sit procul à uersu cura laborq; meo.

Tu tamen ista legens, at sunt γαθυμότεροι clamat,
Carmina, si nescis, sic Ciceronis erant.

F I N I S.

Autor

A V T O R I S P R O^{OF} T E S T A T I O.

Quām uarij cuentus? quanta incōstantia rerum?
Quām facile fallunt quæ ualuisse putet?
Errat in humanis spes fallaciſima rebus
Et uersat uariè nos leuitate sua.
Hec alijs terra fugientibus ultima mansit,
Luderet ut uarijs pectora cæca modis,
Hec etiam nuper magnos promittere montes
Ausa Angli Regis de pietate fuit,
Feruida iam cœlos onerabant uota piorum,
In populis ingēns undiq; plausus erat,
Anglica tot sœuis Ecclesia pressa tyrannis
Cœperat auxilij spe melioris ali,
Accessere pijs connubia regia uotis
Et nouis ingentem spem faciebat Hymen,
Quæ si seculo tam certa in rege fuisset
Quām fuit in nupta, nulla querela foret,
Namq; suos superat sicut uirtutibus annos
Ingens Iuliaci stemmatis A N N A decus,
Ad fidei poterat sic causam accendere regem,
Accendi posset si modo tale gelu.
At simul illius mihi conrigit ora uidere
Et corām alloquij commoditate frui,

PROTESTATIO

Mitius ingenium mihi uix uidisse uidebar,

Et dixi, hoc seruent prospera fata caput.

Ah ualeant oculos animum qui prodere dicunt,

Tunc oculi certè non habuere nephelas,
Ex oculis pietas, è fronte nitebat honestas,

Quis fucum auderet dicere tale decus?
Iamq; ego felici gratabar carmine teda

Exoptans placido sydera fausta toro,
Ipsum etiam Regem uersu exhortatus amico

Vt uerum fidei dogma teneret, eram,
Omnia sperabam, quæ sperari optima possent,

Cum multis eadem spes erat ista mihi.
Quam uarij euentus, quanta inconstancia rerum,

Quam facile fallunt, quæ ualuisse putesc?

Bis tria uix solito permensus sydera cursu

Aureus æstiuis Cynthius ibat equis,
Sospes ab externis patriæ iam redditus oris

Aedebam thalamis carmina facta nouis,
Iamq; operi exacto Colophona Typographus adu

Extremos digitos impositurus erat, (dens
Ecce ruens rumor longe diuersa susurrat,

Hei mihi nunc nomen non habet ille suum,
Ille uolans paßim spem uersam nunciat omnem

Quæ concepta pijs mentibus ante fuit,
Iam Regem atroci mutasse tyrannide mentem

Spargere non facta dicitur ille fide,
plurimq;

A V T O R I S.

Plurimaq; ut taceam, quæ passim publicat idem,
Intentata animis horrida fata pijs.
Tu decus A N N A tuis, populi spes sola Britannæ
Exclusa è thalamis diceris esse tuis.
Hoc erat uxorem spe longi ducere regni,
In nunc dic aliquam Regibus esse fidem,
Hoc desiderium, suspiria, uota, querelæ,
Hic pius affectus regis amantis erat.
Ergo ego qui ueræ fassus documenta salutis
Horreo Romani sæua uenena doli,
Vindice qui calamo ceu sæuos execror hostes,
Pro libitu uertunt qui sacra uerba suo,
Hic alicui dicar laudes cecinisse tyranno?
Dum cecini dominum terra Britannia tuum,
Non ita non illi uerbis blanditus amicis
Ut laudem aut firmem pectora sæua fui,
Nouimus insignem uirtutibus omnib. A N N A M
Carminis illa mei causa propinqua fuit,
Illiæ equorcos permensus nomine fluctus
Angliacam tetigi Teutonus hospes humum.
Quid mihi uobiscum, Cytheræe cura Britanni?
ANNA nisi Regi tradita nupta foret,
Illi adeo institui gratanti adplaudere uersu,
Per causam Regis mentio facta fuit,
Causa tamen finem que tunc spectabat, ut illum
Ad curam fidei Musa moueret, erat.

Ludicra

PROTESTATIO AVTORIS.

Ludicra lasciuo scripsisse carmina uersu,
 Ferre meis poteram premia digna iocis,
 Ast illi uolui C H R I S T I insinuare timorem,
 Blandior hinc illi litera nostra fuit,
 Nec potui tacitæ calamos retinere Camænæ,
 Visa esset facies cum mihi digna cani.
 Si fuit ut fama est, utinam non uera, tyrannus,
 Tunc facies certè non metuenda fuit.
 Hanc etiam facile famam constare negarem,
 Ni faceret certo plurimus ore fidem.
 His tamen omisſis, meliore ut mente recepta
 Pontificum agnoscat copta nephanda precor
 Hoc fama ad nostras melior si transferet aures,
 Quàm cupiam prompta plectra ciere manus
 Quem prius Aenæan dixi me uare futurum,
 Voce Theodosio par erit iste mea.
 Inter ea infernis percant precor ignibus omnes
 Consilio quorum cogitur esse nocens.

F I N I S.

E R R A T A.

a	3	e	
b	2	a	24 operimeo.
I	bidem		16 gurgitis.
c	2	b	21 uersa intro.
c	6	b	6 fingat.
c	7	b	uerfu 7 lege ingenui.
c	8	b	1 umbrae.
e	4	a	14 polo.
c	6	a	9 Romanas.
			20 non natura.

ମୁହଁ
କାଳ
ମୁହଁ
କାଳ
ମୁହଁ
କାଳ

A page from a medieval manuscript, likely a psalter or breviary. The page features several large, ornate initials in blue and red ink, some decorated with gold leaf. The text is written in a Gothic script in two columns. The initials include a large 'C' at the top, followed by a 'P', another 'P', and a 'C'. The handwriting is fluid and expressive, with varying line thicknesses and ink saturation.

808-10

1
2
3
4